

Sammelband

Obj. 141.



No 823

W



2
EPI TOME BIBLICA,
VEL SVMMARIVM.

COMPRE-
HENDENS SVMMAS
BREVES ET ARGVMENTA
capitum totius sacrae historiae veteris
Testamenti Canonicae, in eum finem
tendens & spectans, vt huius Enchiridij
beneficio partem istam S. Bibliorum hi-
storiam velut in Synopsi ob oculos
positam habere, & summa-
tim recolere subin-
de liceat.

A V T O R E

Fol 524
Ægidio Hunnio, sa-
CRÆ THEOLOGIAE DO-
ctore & Professore in Academia
VVirebergenfi.

15  9 4.

Cum Priuilegio Electorali.

W I T E B E R G A E
Excudebat Vidua Matthæi VVelaci.

EPITOME
C O M P R E H E N S I V E
H E N D E N S S Y M M A S
Z K A V E R S I T A T I S G O V E R N A T A
C A P I T U L I T E R M I N I S T E R I I
T R I B U N A L I S P R O V I N C I A L I S
S E D I S A G O S T I N E N S I S
S E C R E T A R I A T U S
I N T E R I O R I S
D E H O C

Agidius Hunno, Jr.
S. R. E. T H E O L O G I E D O.
G E O R G I I P R O F E S S O R I S
V N I V E R S I T A T I S

12 9 4

Excudit Vindobonensi Vindob.
M D C C X L V



ILLVSTRISSI

MIS PRINCIPIBVS AC DOMINIS, DOMINIS VVILHELMO & LVDOVICO, fratibus, Hafsia Landgrauijs, Comitibus in Catteneinbogen, Dietz, Ziegenhain & Nidda, &c. Dominis suis clementissimis.



VANTOPERE Nobis, Illustrissimi Principes, Domini clementissimi, lectio sacrorum Bibliorum à Deo commendetur: neminem in

sacris vel mediocri diligentia versatum ignorare posse certum est. Ad legis assiduam lectionem populum Hebraeum per Mosen hortatur Dominus, dum eam posteris accurato studio exacui, dum in manibus signatam & fronti appensam gestari, dum ipsis aedium ac ciuitatum postibus atque ostijs inscribi mandat: vt semper in conspectu, in oculis atq; manibus illam habeant, adeoq; cordibus insculptam perpetuo secum circum

Deut 6

X 2

circum

EPISTOLA

- Actor. 15.* circumferant. Hanc legem suam Dominus & singulis sabbatis oppidatim explicari, & septimo quouis anno coram vniuersa Hebræorum multitudine in celebratissimo Tabernaculorum festo prælegi curauit. Huius Epitomen
- Deut. 31.*
- Deut. 27.* (Deuteronomium) traiecto Iordane lapidibus calce leuigatis inscribi voluit, vt de Dei voluntate veroq; cultu perpetuum extaret ad omnem venturam posteritatem Symbolum ac testimonium. Quin ipsis Regibus exemplar
- Deut. 17.* Deuteronomij tradi iussit, ne sacra scripturae lectionem throni sui eminentia gloriaq; indignam existimarent. Ad legem suam diu noctuq; voluendam & reuoluendam exhortatur Dominus seruum suum Iosua. Iosua vicissim quam grauius obtestatur Israëliti populi concionem in celebribus comitijs Sicheiniticis, ne illius vnquam obliuiscatur. Sed & Dauid non dubitat eum verum in arce beatitudinis collocare, qui legem Domini diu noctuq; meditetur.

Proz

DEDICATORIA.

Proprioq; psalmo pios vniuersos ad iur^{gē} *Psal. 119.*
 gē verbi Dei lectionem mediationemq;
 extimulat, Ad legem & ad testimoniū
 alligatos nos vult Esaias Propheta, Ad *Esaiā 8.*
 sacras literas expendendas Iudæos ab-
 legat saluator: Scrutamini scripturas,
 inquit, Monet idipsum Pater fidelis *Ioan. 5.*
 um Abrahamus in parabola Saluato-
 ris, cum Diuitis Epulonis fratres ad
 Mosen & Prophetas audiendos remit- *Luca 16.*
 tit. Berrhoenses, quòd scripturas dili-
 genter legerent, & cum Apostolorum *Actor. 17.*
 prædicatione conferrent, laudat Euan-
 gelista Lucas. Diuus Petrus quoque *2. Petri 1.*
 Christianos admonet, vt sermoni Pro-
 phetico ceu lucernæ cuidam in obscuro
 loco positæ sedulis animis attendant,
 donec lucifer in illorum cordibus oria-
 tur. Et quid multis testimonijs cumula-
 dis opus, cum nusquam non Spiritus
 sanctus verbi sui tum sedulam lectio-
 nem, tum piam meditationem flagitet?

Laudauit Alexandrum Magnum
 gentilis vetustas, quod Homerum suum



EPISTOLA

ad verbū edidicit, quòd dormiens ceruicali suppositum habuit, quòd carmina eius non ad cytharam vulgato more, sed noua & insolita ratione ad tubam canenda iudicauit. Quantò verò magis, & incomparabiliter magis laudandi fuerint, qui lectionem Bibliorum sibi curæ atq; cordi esse patiuntur? Siquis dem hic non Homeri siue profanas historias, siue ab humano ingenio confictas recitari fabulas audimus, non carmina Poëtarum gentilium decantari; sed Deum ipsum ex arcana sede suæ Maiestatis ad nostrum colloquium cœlitus prodeuntem, suiq; regni mysteria nobis enarrantem attendimus. Tanto ergò diligentius euoluendus fuerit hic liber, quantò præstant humanis quàmlibet ingeniosis commentis sacra hæc ex Deitatis sinu prolata oracula: quantò temporalibus rebus & utiliora & digniora sunt ea, quæ in alteram vsque sempiternam vitam nos comitantur. Hic enim est liber ille, in quo non dubia

bia

DEDICATORIA.

bia refulget vis numinis: qui Deitatis
adyta pandit, coelorum portam reclu-
dit, & perpetuæ salutis viam vnicè pro-
fiterur: ex quo tanquam instructissimo
pharmacopolio saluberrima remedia
profligandis animorum morbis ac ten-
tationibus depromuntur: qui neglecti
propemodum sermonis simplicissima
simplicitate plus mouet animos homi-
num, quàm vlla oratorum facundia: in
cuius vel vno capite Lector pius plus
cernit religionis ac cœlestis sapientiæ,
validius item animum suum hinc pers-
celli, & sanctius viuidiusq; affici depres-
hendit, quàm si cunctos Platonis & A-
ristotelis libros euolueret, aut vniuers-
sam Græcorum sapientiam memoria te-
neret. Ad quem sacerrimum codicem
collata totius Ethnicæ vetustatis monu-
menta, non dicam sordent lqualentq;
miserè, sed è medio planè se proripiunt.
Quippè quæ cum illo nec genere do-
ctrinæ, nec rerum maiestate, nec anti-
quitatis elogio, nec certitudine vatici-



EPISTOLA

niorum, nec signorum magnificentia,
 nec laude perfectionis, nec utilitatis
 praconio conferri mereantur. Dignus
 ergo liber hic, qui diurna nocturnaq;
 versetur manu. Dignus, qui iugi ac in-
 desinenti meditatione voluatur ac re-
 uoluatur. Dignus, quem, si fieri possit,
 memoriae animoq; vel adamantino sty-
 lo penitus insculpamus. Dignissimus
 vero, quem literis non dicam aureis vel
 gemmeis pingi curemus, sed potius, ut
 Apostoli verbis utar, cordium nostro-
 rum tabulis per spiritum Dei viventis
 inscribi serio exoptemus. Cuius pars al-
 tera quidem, nempe Lex, non ad hu-
 manam cytharam, non ad tubam huma-
 no more & ore inflatam decantata, sed
 ad ipsius Dei tubam inter tonitruum
 fragores, voces & lampades incredibili
 maiestate clangentem ac perstrepens-
 tem recitata est. Euangelium vero (tan-
 quam altera doctrinae Biblicae pars) mi-
 raculis non minoribus certe, licet gras-
 tiosis & amabilibus à Spiritu sancto
 coelitus

Exodi 19.
 & 30.

DEDICATORIA.

coelitus est patefactum, quando Apostoli homines illiterati subita linguarum omnium, quæ sub coelo sunt, cognitione simul & semel instructi illuminationis sunt. Porro ut sacrae paginae lectio cuius homini præcipitur: sic imprimis Ecclesiarum Ministri ac Theologiae tyrones codicem istum diuinorum eloquiorum nunquam è manu deponendum sibi meminerint, quin diebus singulis indefesso studio sacra legant, lecta subinde meditentur, meditata repetant & repetendo apud animum memoriamque fidelissimè deponant. Quam exercitationem ut saluberrimam, ita Pastoribus Ecclesiarum maximoperè necessariam usque adeò intermittant nunquam, ut absoluto Biblicæ illius lectionis circulo subinde ad principium & repagula sibi recurrendum esse cogitent. Sicut discipulum suum Timotheum quantumuis à puero in sacris egregiè versatum nihilominus hortatur gentium Apostolus Paulus, ut lectioni attendat & inuigilet.



EPISTOLA

let, Oportet enim verbi diuini Ministros
 ac pracones fideles praeter ceteris sacra-
 rum literarum cognitione pollere, vt
 non ipsi tantum viam salutis teneant, sed
 & alijs suae curae fideiꝫ commissis ean-
 dem commonstrare, & (quod ipsorum
 officij est) multos ad iustitiam erudire
 possint. Vult hoc Propheta Malachias,
 dum ait, ex ore Sacerdotis requiri legē,
 quia sit Angelus Domini exercituum.
 Idem innuit Christus, dum scribam seu
 Doctorem Ecclesiae ad regnū Dei sic
 edoctum esse oportere confirmat, vt de
 thesauro suo proferre possit noua simul
 & vetera. Haec igitur & pastorum ec-
 clesiae & sacrae Theologiae initiatorum
 praecipua functio esto. Hanc spartam
 ornament, in hoc choro & foro se exerces-
 ant, & quod Prouerbio dici solet (Hoc
 AGE) id sibi hac in parte cum primis
 dictum meminerint: vt assidua lectione
 scripturae thesaurum sibi comparent, e
 quo noua veteraq; prout rerum vsus
 postulauerit, in medium afferre valeant.

Ad

DEDICATORIA.

Ad quod studium excitet illos nostri se-
culi nunquam satis laudata celebrataq;
felicitas Nondum enim obliti sumus,
neq; obliuisci adeò decet, Quis Ecclesie
sub regno Pontificio seculis antea actis
status, quæ miseranda conditio extite-
rit. Vbi loco Bibliorum regnabant in
omnibus pulpitis prægrandia Sophi-
starum volumina, Magister ille senten-
tiarum Petrus Lombardus, Alexander
de Ales, subtilis Scotus, Scriptor Che-
rubicus ille & Seraphicus Thomas de
Aquino, Anselmus, Bonaventura,
Dormi securè, Plurifer, Meffret, Bri-
coth, Holcoth, Buridamus, aliaq; Scho-
lasticorum Mænologorum monstra.
In quorum lectione qui versatus erat,
is velut è tertio cœlo delapsus Doctor
vnicè suspiciebatur. Biblia ipsa verò
partim legi prohibebantur, partim ne-
gligebantur ab ijs ipsis, quibus concessa
fuerat eorum lectio, partim verò lege-
bantur lingua peregrina, idiomate bara-
baro, versione praua multisq; locis mi-
rum

EPISTOLA

rum in modum corrupta. Sic relicto fonte viuo cisternæ fodiebantur, quæ aquas illas in æternam vitam salientes capere non valebant. Sed Dei singulari & immenso beneficio restituta nobis sunt Biblia, è manibus hominum prius Antichristi fraudibus excussa: postea quam Deus electum illud organum Diuum Martinum Lutherum peculiariter excitauit, armauit & instruxit, vt Romanam sedem antehac cunctis Regibus & Monarchis formidabilem euerteret, filium perditionis ex virtute Spiritus sancti scriptis suis & voce viua orbi terrarum reuelaret, eademq; opera volumen Bibliorum situ & puluere penè consumptum ac propemodum sepultum in lucem denuò proferret. Quemadmodum profectò felicissimo conatu & successu id perfectum toties aspiciamus, quoties Biblia à cœno barbarico, cui immersa fuerant, Lutheri sanctissimis laboribus vindicata & illustrata cernimus: cuius luculenta versio
 Germa-

DEDICATORIA.

Germanica vice commentarij nobis esse queat. Sicq; vna cum Biblijs salutaris Dei agnitio circa huius mundi vesperam refluxit, dum eiectis Pontificiorum Scholasticorum scriptis, & omisis lacunis Sophistarum limpidissimos fontes Israëlis adire licet. Itaq; codicem sacrum eo, quo dictum est, modo nobis redditum quam gratis ac deuotis animis suscipere, quam reuerenter exoculari, & tanquam Dei munus venerari decet. Venerabimur autem tum, vbi legere illum ac relegere, & lectum religiosa mente meditari vsq; studuerimus. Purum quippe animum lectio huius libri postulat. Nam si illotis manibus atrectare sacra prouerbio prohibemur: quanto minus animis illotis hæc Dei oracula tractare conuenit? Quemadmodum Psalmo 50. scriptum legimus: Peccatori dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum; tu verò odisti disciplinam, & protiecisti sermones meos retrorsum, &c.

Cæte-

EPISTOLA

Cæterum vt propius ad meum institutum veniam, quia maximoperè prodest in ordinaria ea lectione, de qua hucusq; dictum, præcipua singulorum capitum momenta sedulo attendere, & quasi in arce memoriæ locare: posteaquam toti Bibliorum volumini ediscendo nulla memoria par esse potest, rectissimè fecerit, qui summas & argumenta capitum annotauerit, quorum beneficio possit quispiã breuissimi temporis spacio res in Biblijs copiosè descriptas summam recolere, & ad animum reuocare. Quamobrem sapissimè exoptauit in illud volumen S. Bibliorum huiusmodi summarium extare, quod res à Spiritu sancto fusè pleneq; traditas, strictim *ὡς ἐν ἐπιτομῇ καὶ συνόψει* grata breuitate proponeret, cuius Enchiridij quotidiana lectione tum historiæ tum doctrinæ Biblicæ cōmodius ac firmitus memoriæ traderentur. Proinde cœpitale quipp iam Deo auspice conari, & studio priuato capitum summas & argumenta

gumena

DEDICATORIA.

gumenta conscribere. In quibus breuitati sic operam dedi, ne vel *σαφλωιας*,
præcipuæ in oratione virtutis, obliuis scerer, vel materiam aliquam insignior
rem intactam relinquerem. Circumstantias plerasq; summata perstrinxi;
omnes tamen singulasq; nec volui, nec in hoc succinctæ breuitatis accurato studio
potui annotare & inserere. Quemadmodum, mea sententia, neq; debui: ne
fortè si omnia ponerentur, auocare potius ab ipsorum Bibliorum lectione,
quàm ad eam incitare velle viderer. Iam verò si quæ desiderabuntur circumstantiæ;
ipse ille defectus ansam præbebit lectori recurrenti ad sacrum Bibliorum
codicem. De utilitate belli nihil attinet prolixè differere. Res ipsa ni
fallor testabitur, studiosos sacrarum literarum fructum hinc percepturos non
pœnitendum. Nam quia in Enchiridiij formam redactus atq; ita comparatus
est, vt singulis non dicam septimanis, sed propè diebus singulis percurri le
gendo

EPISTOLA

gendo valeat: nōne crebra hac & pē-
nē quotidiana reiteratione totam histo-
riam veteris Testamenti Canonicam li-
cebit imbiberē, memoriæq; iustificare pes-
nitus? præsertim si quis ordinariam
eam sacrae scripturae lectionem, de quâ
supra monui, fideli studio continuerit,
& hanc deinde velut Epitomen, iuan-
dæ memoriæ causa diligenter adiunxe-
rit.

Scio sanè non defuturos, qui fortè
meum hoc studium allatrabunt, vel etiã
canino dente arrodent, modò hoc, mo-
dò illud desideraturi: vt varia ita plæ-
rumq; sinistra solent esse hominum iu-
dicia, & planè vt ait ille: quot capita tot
sententiæ. Sed hortor illos, vt Momi
esse desinant, nisi Mimos se prius osten-
derint. Et peruersis illorum iudicijs ob-
tendo vetus illud iam pridem hominũ
sermone tritum prouerbium: Carpet
citiùs aliquis quàm imitabitur. Candi-
dos autem lectores candidè iudicatus
ros, atq; hoc opusculum (quod vniuersam
veteris Testamenti historiam, quæ
quidem

DEDICATORIA

quidem Canonicis continentur libris,
complectitur)æqui boniq; consulturos
minimè dubito. Quod ubi fecerint, o-
peram dabo vt Domino volente, bre-
ui, hoc labore in tota Biblia sic conti-
nuato perfectioq; frui liceat.

Cæterùm sub vestræ potissimùm Celsi-
auspicij hanc Synopsin Biblicam vul-
gandam censui illustrissimi sapientissi-
miq; Principes: tum vt vestri nominis
authoritate & patrocínio septus labor
hic eò tutior exiret: tum quòd Celsis-
simam Clementiam vestram hoc stu-
diorum genere gaudere, & sacrorum
Bibliorum lectione magnoperè deles-
tari sciam: tum deniq; vt pro eximijis
vestris in me meosq; promeritis gra-
tum me declarem. Cuius minimè simu-
latae gratitudinis hoc ceu publicum te-
stimonium extare cupio ab inclyta
Celsitudine vestra humili atq; supplici
voce contendens, vt sereno placidoq;
vultu hæc qualiacunque accipiat meq;
sibi porrò etiam commendatum esse

A

ele

EPIST. DEDICAT.

clementet patiatur, Vicissim ego debis
tam observantiam, obsequia, studium
omne meum, & nunquam intermori
turam animi gratitudinem promitto,
Et quod maximum à mea tenuitate
proficisci potest, preces nimirum ac pia
vota spondeo: Deum sine intermissio-
ne precaturus, ut Cels. vestrae ex alto
benedicat, imperij vestri gubernacula
divinae clementiae suae nutu temperet,
fortunet ac secundet: vos q̄ inclytos
Hassiae Heroes potenti virtute fulciat:
florentes, saluos, & incolumes quam
diutissimè seruet, sospitet, protegat, ac
tueatur in perpetuum. Marpurgi
16. Iulij, Anno novissimi temporis
1583.

Vest. Celsae.

Subiectissimus

EPI.

EPIGRAMMA

Ad studiosos Theo-

LOGIÆ, IN SVCCINCTAM

Historicorum librorum Sac: Bib: synop-

sin D. EGIDII HVNNI I, Theolo-

giæ Professoris in Schola Marpurgensi:

scriptum à Domino Georgio, Nigrino,

Ecclesiæ Echzellanæ Pastore, & fini-

timarum Superintenden-

dente.



*V*tilis est breuitas, si non obscuro
ra. nec anceps,

*Q*uæ velut immensum pol-
lice monstrat iter.

*C*um succincta inuuet fluxas o-
rationes.

*M*ultorum memores sint, vbi pauca tenent:

*H*æc igitur concinna, boni bone consule lector

*S*cripta, quibus paucis discere multa potes.

*A*rgumenta, breues ceu summas, ordine cernis,

*Q*uæ dant Historicis Biblia sacra libris

*A*ctæ legis brevibus, quæ prima ab origine Mundi,

*M*oses quinque suis continet ipse libris.

*I*osua quæ scripsit, quæ iudicum habentur in actis,

*Q*uæ Ruth, quæ Samuel nomine scripta gerunt.

*C*ontigit Isacidum miri quid tempore Regum,

*Q*uæ bella Annales gesta vel orta ferant.

A B

Quid

Quid memorent Esras, Nehemias, Esther, & ipse
A satana afflictus Iob pius & patiens
Hæc tibi dexteritas & Amor studia ipsa iuuant
Hunnij adornauit, chara inuenta, manu.
Cætera quæ restant libris, qui dogmata tradunt,
Ipse dabit simili sedulitate, breui.
Volve caput solers, quodcumq; uolumine sacro,
Mox capitum summas hæc tibi scripta dabunt.
Credere mihi tanta breuitate iuuabere multum,
Ne rursus ex animo iam citò lecta fluant.
Qui non assiduò diuina volumina versat,
Ut legat, ac relegat uinida uerba Dei:
Præsertim fuerit si Præco, Deiq; minister,
Ut reliquis restâ monstret ad astra uiam:
Is certè indignus venerando est nomine Christi,
Nec sacra cum fructu uerba sonare potest.
Eunde preces, aliumq; Dei corde excipe flatum,
Quo duce uolendum, quod sacra tradit, opus.
Inde legas animo uigili, sobrio atq; modesto,
Adde preces iterum, ne sine fruge legas.
Occupet intentam docilis meditatio mentem,
Ne raptim, ac obiter lecta, neglecta cadant.
Si premit angustas ardens afflictio mentes,
Tristia si dura sub cruce corda gemunt:
Tunc oblita sui terræq; ardentius orant,
Et magis attentè uerba sacrata legunt.
Blena uoluptatum, securo, dolore soluta,
Non aded trutinant, quid sacra uerba uelint.

Ergo

Ergo age si qua tua tangit te cura salutis,
Volve manu sacros, nocte dieq, libros.
Nec sua, crede, labor fert ampla stipendia secum,
Et bona quae nullis enumeranda modis.
Quid reliquae profant artes si vivida nescis
Verba Dei? Linguas quid didicisse iuvat?
Et linguem satius, surdum caecumq, fuisset
Te natum: negligis si monumenta Dei.
Vtere solerti studiosa labore iuventus,
Doctorisq, tui nomen & omen ama,
Te cupit Egidius caelestibus Hunnius astris
Sistere, te rectam ducit ad astra viam.
Sectare assiduo vestigia fida magistri,
Irritus in Domino non labor ullus erit.

In D. Egidii Hunnii
LIBELLVM SVMMARIVM
Historicum librorum Canonicorum
veteris testamenti, Epigramma D. D.
Petri Nigidij iunioris, Moralis Phi-
losophiae Professoris.



Vdicio caeco mirantur saepe tri-
umphos

Magnificos alii, militiaq, Du-
ces.

Aedes mirantur simili ratione potentum
Ampliter extractas, divitiasq, probant.

Quin etiam formas hominum persapè venustas
 Suspiciunt, & quæ mundus amare solet.
 Sanè mirentur, nec enim mutare licebit,
 Indocili vulgo quæ placuere semel.
 Attamen hæc quoniam sunt lubrica, vana, caduca,
 Temnere nos prorsus pagina sacra monet.
 Nam vult præ reliquis nos querere cœlica regna,
 Addat vt his clemens cætera cuncta Deus.
 Ast ego, cui sacra sunt longè potiora prophanis,
 Hoc opus admiror, præcipuumq; puto.
 Aegidius quod nunc in lucem protulit auctor
 Hunnius, Hassiaca gloria summa Scholæ.
 Nam testamenti veteris mira breuitate
 Per seriem enumerat quaslibet historias.
 Et quidquid latè speciosa volumina narrant,
 Saltem per summas exprimit atq; docet.
 Sed quoniam breuitas discentes adiuuat, ipsa
 Non obscura tamen, nec tenebrosa nimis:
 Qui sequeris ergo sacri mysteria Verbi,
 Assiduè hunc, moneo, volue reuolue librum.

A LIVD. D. IOANNIS VIN-
 kelmanni Victoris, S. Theol. Doctoris,
 & in Illustri Aula Cassellana diuini
 Verbi præconis ac Ministri.



Vos Moses, | sancto sermones edidit
 ore,
 Et prisci, | Domino præcipiente,
 patres:

Quæ

Quas Deus in veteri populo memoranda paravit,
Quas dedit Hebraeis sortis habere vices:
Sedulus hac quando descripta volumine magno
Voluis, in hoc paruo stricta reuolue libro.
Sic si fortè capit distractam oblivio mentem,
Quod fugit, id breuitas hac revocare potest.
Ergò tuis Autor seruit, studiosa iuuentus,
Vt sibus, hunc rursus tu reuerenter habe.

AD THEOLOGIAE STU-
diosam iuuenturem Epigram.
ma aliud.



Cripturas tractans aliàs satis vobis
re vena
Hunnius, hic docta te breuitate
iuuat.

Postulat hac magnam solertia dexteritatem,
Quae scit praecipuos tangere ritè scopos.
Hac vno intuitu monstrat tibi cuncta Synopsis
Biblia qua in veteri Fœdere gesta serunt.
Quae legis in sacris descripta annalibus, vno
In mentem poteris mox reuocare die.
Hunc eme diuinis studijs addicta iuuentus,
Et crebra legito sedulitate librum.
Eximium capies fructum, mihi crede, legendo,
Infigens animo Biblia sancta tuo.
M. Balthasare Sufenbeth Als-
feldensis Ecclesiae Pastor.
L. E.

LECTORI ΘΕΟΦΙΛΩ
καὶ φιλοθέω.

Ωρ περί θεωρίου λόγου ἐν ἡ ἐπιτη-
δῆς ἐχόντων
κένθ ἀναμφιλόγως ἐσθ' ἀντά-
ξιθ ἄλλω :

Ὅσπερ ἴδεσκε γραφαῖσιν ἐνὶ πρῶτῳ καὶ ὀπίστω,
σαῦ ἢ ἐβαλερ πρῶτιστα καὶ ὑστάτα ἠδ' ἐπαλλάξο-
ρεθ δ' ἐν τῷδε πόνθ πέλετηθαιός τε κικρόε τε,
μνεῖα ἐτι πιστῶ ἐχέμεν καὶ γαθῶ τε προσήκη
εἴνεκα τ' ἰα εἰς σοφίας γυάλοιο θείοιο.
οὔτω εὐφραδέως ποιέσσι μάλ' ὅς ὑπόλαμπῶ
θεῖα σῶσιν ἄγασσι, δαίοντες λαμπάδα πα-
σίη

καὶ τόγε δῆτα καλῶς ποίησερ ἢ ἔσοχα, πολλῶρ
οὔνιθ ἐν θείοις δόκτωρ ἀκριβέσατθ ἄλλωρ
βιβλίωρ ἐσὶ μικρόν καὶ τμήματα ῥήματα σμῆ-
κρά

Ἐξωθεν, διάνοια δ' ἔσωθεν ἀξ' ἐσὶ μεγίστη.
τοῦτεκα βυλόμηνθ τάχα γράμματα θεῖα
νοῦθ,
ὧνθ, γνοῦς δ' ἀκριβῶς τόδε πολλάκι, μάν-
καὶ περί θεωρίου λόγου ἔσσει ἔσοχθ ἄλλωρ.
λων.

Otho Gualperius, S. Theologiae
D. & Graecae linguae Professor.

GENESIS,

Caput I

IN principio DEVS informē mole-
lem VERBO condit, Spirituq, motus
luce collustrat. Secundo die firmamen-
tum: Tertio è terra ab aquis segregata,
germina & arbores: Quarto luminaria coeli creat:
Quinto pisces & volucres: Sexto animantibus è
terra factis, Homo consilio Trinitatis ad DEI ima-
ginem conditur, eiq, benedicitur: DEO, vt singula
prius, ita nunc vniuersa qua fecerat, approbante.

2. Septimo die quiescens Dominus be-
nedicit Sabbato. Terra non pluuijs, sed vaporibus
irrigatur. Corpori Adæ è terra facto inspiratur ani-
ma. Paradisus cum arboribus Vita, & scientia boni
ac mali, suisq, fluuijs, Phison, Gehon, Hidkel &
Pbrath describitur. Translatus eò Adam manda-
tum de fructu Arboris scientie sub pœna mortis non
edendo accipit: bestijs congrua nomina imponit,
sociamq, ex costa conditam euigilans protinus a-
gnoscat.

3. Serpens mulieri, hæc viro esum pro-
hibiti fructus persuadet. Visa nuditate folijs ficus
se tegunt. Fugientes DEVS tribunali sistit: cumq,
vir in mulierem, hæc in serpentem culpam trans-
ferret, Deus serpenti maledicens turbatos homi-
nes promissione SEMINIS erigit nunciataq, pœ-
na corporali paradiso eicit, accessum per Cherubim

R occlu-

GENESIS.

occludens, ne gustata, arbore Vitæ in continua in-
uentu uiuerent.

4. Eua parit Cain & Abel, quorum ille
de frugibus, hic de gregibus offert: placet Abeli
hostia, Caini non. Excandescens Cain Abelem occi-
dit. Cuius sanguine sursum clamante, Cain pro-
fugus desperat: impetrat tamen, ut notatus signo
non occidatur. Cain gignit Henochum, hic Ira-
dum, hic Maviaëlem, hic Mathusaëlem, patrem
Lamechi bigami, suscipientis ex Ada Iabelem &
Iubal; ex Sella Tubal Cain. Is cades suas fassus
uxoribus, eas exemplo Caini solatur, cui cautum
sit, ne interficeretur. Adamo nascitur Seth, huic
Enos, sub quo aucta Ecclesia.

5. Adam filium ad SVAM gignens ima-
ginem, 930 anno ætatis moritur. Seth 912, attingens
annos obit. Enos 905. Caënam 910. Mala-
leel 895. Jared 962. Enoch 365 anno ætatis trans-
fertur. Mathusalem 696 annos natus moritur. La-
mech 777. Is filium ærumnis finem impositurum ra-
tus Noë nominat. Qui (Noë) 500 ætatis anno
gignit Sem, Cham & Iaphet.

6. Cum filij DEI ducerent filias ho-
minum, vilesceret ministerium, & Gigantum ty-
rannis inualesceret: Dominus diluuium minatur,
120 annos mundo ad pœnitentiam concedens. Noë
Deo placens Arcam tribus distinctam contignationi-
bus parare iubetur. Cui Dominus pactum confir-
mans

GENESIS.

mans indicat, qui de hominibus & iumentis in Arcam admittendi.

7. Noë cum suis Arcam intrat, assumens septem ex mundis, ex immundis par. Sexcentesimo anno etatis Noë, ruptis fontibus ac fluuijs, nubiumq; apertis cataractis, durante pluuia 40 diebus & noctibus, Diluuium fit, montes omnes quindecim cubitis exuperans, & omne, quod spiritum habebat (demptis, que in arca erant) vastans.

8. Arca in montanis Ararat quiescit. Crescunt aquæ, cacuminibus montium decimo mense reuulsis. Noë septimo quoque die emitit, primo Coruum, qui non redit: deinde Columbam, mox reuertentem. post Columbam, cum fronde oliuæ reuersam. Tandem tertiam non reuertentem. Siccatâ terra Noë exire iubetur, & offert Domino: qui delectatus ipsius hostia continuas temporum successiones seminis & messis, frigoris & æstus, diei & noctis promittit.

9. Deus benedicit coniugio, dominium & esum bestiarum concedit, excepta semiuua carne. Homicidas gladio vult plecti. Pactum de non inducendo diluuiio Iridis signo confirmat. Noë vineas plantans inebriatus videtur à Chamo, cui euigilans maledicit: benedicens vicissim Semo, quod dominus Canaan futurus; Iapheto autem, quod in Tabernaculis Sem habitaturus esset.

G E N E S I S.

10. Iapheti filij sunt: Gomer, Magog, Madai, Iauan, Tubal, Mefech, Tbiras. Cham genuit Phas, Mizraim, Phut, Chanaan. Chus inter ceteros genuit Nimrod Principem Babel. Assur condidit Niniven. A Chanaan descendunt Chananai. Filij Sem sunt: Elam, Assur, Arphaxad, Lud & Aram. Arphaxad gignit Sale: hic Heberum patrem Hebraeorum: Hic porro Phalegum.

11. Multiplicati homines sedes diuersas quaesituri, Urbem celsamq; turrim excitare moluntur. Impedit id Dominus diuisione linguarum. Posterij Sem hac serie numerantur: Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Rebu, Serug, Nachor, Thare; qui gignit Abram, Nachor, & Haram patrem Loti & Milche. Thare assumpto Abram, Sarai & Lot ex Vr venit in Haran, & etatis anno 205 moritur.

12. Abram DEO ex patria euocanti & benedictionem SEMINIS promittenti paret, annos natus 75. Ad Sichem veniens audita promissione terra altare erigit, oblaturus DEO. Sed per incolas eiectus inter Bethel & Ai subsistit. Famie tempore in Aegyptum abit. Vbi Sarai se sororem illius dicens à Pharaone rapitur. Qui punitus diuinitus Sarai intactam Abra reddit.

13. Rediens ad Tabernaculum suum inter Bethel & Ai, altari erecto Dominum inuocat. Cum ob pecorum copiam Abram & Lot agrè cobabi-

GENESIS.

cohabitarent, Lot Sodomorum regionem deligit, in-
star paradisi fertilem, sed incolarum sceleribus in-
famem Abram rursum percepta promissione terra,
posteritatisq; innumera, Tabernaculum figit ad
quercetum Mambre in Hebron.

14. Abram audiens in expugnatione So-
domorum Lotum quoq; ab Ethnicis Regibus ab-
ductum, armatis 318 servis victores illos sternit,
Lotumq; eripit. Cui redusi obuius Melchisedeck,
eiq; benedicens, panem ac vinum profert. Huic vi-
cissim spolijs hostium decimas soluit Abram. Rex
Sodom substantiam Sodomitarum per Abram re-
ductam offert Abra: sibi homines tantum vendi-
cans. Sed Abram ab illo ditari renuit.

15. Abram Deo posteros stellarum in-
star innumeros promittenti credit, & IUSTI-
FICATUR Mox promissio terra confirmatur
sacrificio praescripto. Quo occupatus Abram, somno
& horrore irruente, oraculum audit de posterorum
in Aegypto peregrinatione, & illorum post annos
430 egressu cum multa substantia.

16. Sarai Abrae despondet ancillam A-
gar: quae grauida spernit heram, & castigata fu-
git. Redire autem, seq; humiliare iubetur ab Ange-
lo: qui multiplicationem seminis filijq; nomen &
studia indicat. Agar locum nominat fontem Viden-
tis & Viuentis. Reuersa parit Ismaelem, anno etatis
Abrae 86.

GENESIS.

17. Abram nominatur Abraham (pater multarum gentium) Repetita promissione terræ Dominus masculos octava die circumcidi seueriter edicit: Sarai (Saræ dictæ) filium promittit, & ex 20 Genes & Reges. Addit Dominus, ex Ismaële duodecim prodituros Duces, se verò pactum suum statuere ad Isaac nasciturum è Sara. Abraham masculos domesticos circumcidit.
18. Abraham tribus angelis in Mambre apparentibus lauat pedes, & conuiuium instruit. Sara audiens sibi nasciturum filium ridet, & reprehenditur. Duobus Angelis Sodomam digressis, Dominus Sodomorum subuersionem Abrahæ eò prædicat, quò posteris eam inculcet. Pro Sodomitis Abraham sexies, sed (ob illorum desperatam maliciam) frustra orat.
19. Sodomitæ Angelos à Loto susceptos exposcentes feriuntur cecitate. Angeli excidio Sodome nunciato, Lotum cum suis ad egressum hortantur: cunctantem etiam educunt. Cuius vxor respiciens, in statuam Salis vertitur, plente IEHOVA à IEHOVA super Sodomam sulphur & ignem: Lot petit in Zoar concedere, eiq; oppidulo parcitur. A filiabus bis inebriatus, ex altera Moabum, ex altera Amon suscipit.
20. Peregrinante Abrahamo in Gerar, Abimelch Saram à marito sororem dictam rapit. Reprehensus à Domino, inscium se & dissimulatione

GENESIS.

latione Abrahæ adductum fecisse ait, & Saram marito restituit cum expostulatione, auditaq; excusatione Abrahæ muneribus illum ornat, & locum habitationis offert.

21. Isaac nascitur, circumciditur, & ab lactato eo conuiuium paratur. Ismaël affligens Isaacum unâ cum matre eijcitur. Quem siti confectum cum defleret mater, fons monstratur ab angelo, & multiplicatio promittitur. Ismaël τοξότης Deum sibi præsentem habet, consilioq; matris ducit in Aegyptiam. Abimelech & Phichol cum Abraham fœdus inire cupiunt. Abraham regem ob ablatos fontes obiurgans, cum is seruis id imputaret, fœdus cum eo pangit. Locus Bersêba dicitur, ubi Abraham de æterno Deo concionatur.

22. Abraham iussus offerre Isaacum pareret, abiens cum illo ad montem Moriah. In operis articulo impeditur ab Angelo monstrante arietem loco filij offerendum, & obijgnante pactum de SEMINE BENEDICTO ex Isaac. Nachor inter ceteros Bathuelem genuit.

23. Saram anno 127 mortuam in Hebron sepelit Abraham, empto ab Ephron agro siclis 400. Populus terræ & Princeps sepulturam gratis offerunt. Sed Abraham emptionem vrget, sibiq; in possessionem redimit.

24. Eleazar, ne Isaac Chananeam duceret, adiuratus, vadit ad urbem Nachor, ibiq;

B 4

quiescens

GENESIS.

quiescens sponsam Isaac i sic sibi monstrari orat, se potum petenti ipsa Camelis insuper se daturam ultro recipiat. His in Rebecca sic euenientibus Eleazar mirabundus donis illam ornat, & à Labano domum deductus consensum parentum puellæ impetrat, atq; sic Rebeccam herili filio adducit, qui in tabernaculum deductam diligit, & super matris morte se solatur.

25. Abraham ex Cethura filios sex suscipiens, bona sua legat Isaaco. reliquis dato argento. Anno 175 moritur. Dominus Isaaco ad fontem Videntis & Viuentis benedicit. Ismaëli duodecim filij nati. Rebecca gemellos concipit: quos in utero collidi sentiens, Oraculum accipit de duabus gentibus, quarum maior minori seruitura sit. Nascitur Esau, & Iacob tenens plantam fratris. Esau fit Venator. Iacob in tabernaculis habitat. Esau pro pulmento vendit fratri primogenita.

26. Isaaco peregrinanti DEVS terræ possessionem spondet. Vxorem suam sororem dicit: Sed cum ea iocari conspectus reprehenditur à Rege ob dissimulationem. Ex messe ditescens ab incolis eijcitur, & in Gerar subsistit. Post multos fontes paternos, non sine palæstinorum iurgijs instauratos, fodit puteum, quo in pace fruitur. Abimelech & Pichol fœdus secum inituros conuiuio excipit. Esau Herbarum nuptijs turbat parentes.

27. Be.

G E N E S I S.

27. Benedictionem dominij super fratres, quam Isaac Esauo destinarat, astu matris præripit Iacob. Esau flens sibi quoq; benedici vrget. Cui prædicatur pinguedo terræ, & subiectio sub iugum fratris, quod tamen olim sit excussurus. Rebecca Iacobum ob minas Esau in Mesopotamiam ablegat, præcedens id fieri, vt vxorem de Cognatione sua ducat. Sibi enim connubia Esau cum He-
thais exosa esse.

28. Isaac præcipit Iacobo, vt de filiabus Labani vxorem ducat, precatus ei benedictiones Abrahæ, Esau videns, Hetheas patri exosas, ducit Mabeleth Ismaëlis filiam. Iacob in campo dormiens audit Deum è scala promittere possessionem terræ, SEMEN BENEDICTVM, suamq; præsentiam. Euigilans locum Bethel appellat, lapidemq; monumenti erigens vouet: Si Dominus abitum reditumq; secundet, victum det & amictum, velle se eo loco seruire Deo, & prouentuum decimas cultui destinare.

29. Iacob pastorum iudicio noscens Rabelem, in adaquando grege eam inuat, & quis sit, indicat. Laban Iacobum excipit, & Rabelem pro septennij seruitute promittit. Nuptijs factis Laban Leam lippam ei adducit. Iacob manè fraude intellecta expostulat cum socero, qui consuetudine loci præensa, Rabelem quoq; pro seruitute alterius septennij ei iungit. Quæ cum præferretur Lia, Do-



G E N E S I S.

minus huic filios largitur, Ruben, Simeon, Levi
& Iudam: sterili manente Rabele.

30. Rahel dolens se sterilem, ex ancilla
Bileam suscipit Dan & Nephtali. Lea ex Zilpa
Gad & Aser, Lea concubitum Viri mandragoris re-
dimens parit Isaschar, Zabulon & Dinam, Rahel
Iosephum. Jacob domum cogitans sic se patitur de-
tineri, si ex unicoloribus nata maculosa sibi in
mercedem cedant. Baculos igitur variegatos in pri-
ma admissura canali imponens, & pluribus & me-
lioribus potitur pecudibus.

31. Iacob exposita foceri iniusticia Vxo-
ribus discessum persuadet. Labano in tonsura oui-
um absente Iacob domum contendit, quem in Gi-
lead assequitur Laban: qui licet durius loqui pro-
hibitus, obijcit tamen furtim sibi filias cum Idolis
abductas. Iacob discessum excusat, idola querendi
copiam facit. Non inuenit ea Laban. Nam Rahel
muliebria simulans stramine rectis insidebat. Itaq;
cum Iacob fidem suam, socriq; iniusticiam expone-
ret, Laban foedus cum illo inicit.

32. Iacob videt Mahanaijm. Esau de ad-
uentu fratris edoctus 400 viris obviam ei procedit.
Territus Iacob Dei opem implorat, admonens eum
& promissi, & praeuitarum miserationum. Mu-
nera adornat pecorum varietate distincta. Traiecto
Iordane orat, & luëatur cum eo angelus, qui Israë-
lis nomen tribuens addit, ipsum Dei victorem facile
hominem

G E N E S I S. |

hominibus preualiturum. Iacob locum Pniel vocat, quod viso Deo saluata esset anima sua, neruoq; femoris luxato in lucta, claudicat.

33. Conspectui Esau ancillas cum filiis opponit, post. Leam cum suis, deniq; Rahelem cum Iosepho. Esau flens in collum fratris ruit, vxores, ac liberos saluat, munera vix tandem accipit, seq; comitem offert. Quod officium Iacob deprecatur. Iacob in Sucoth habitat. Post in Sichem, vbi parte agri empta Deum fortem Israëlis inuocat.

34. Dinam visuram filias terræ constuprat Sichem, eiusq; nuptias ambit, dotem quamlibet offerens. Annuunt filij Iacob, si circumcidantur Sichemitæ. Cum verò die tertio ex circumcissione languerent, Simeon & Leui masculos occidunt, pecora, vxores, paruulosq; abducunt. Turbatur Iacob, à Chananeis sibi metuens. Sed illi factum suum defendunt.

35. Iacob in Bethel abiens defodit idola. Terrentur vicini, ne Iacobum insequantur. Luzam veniens altare extruit, locumq; Bethel vocat, quod ibi apparuerint אלהים Debra moritur. Deus nomen Israëlis Iacobo repetit, populos & Reges ex ipso promittens. Moritur Rabel ex partu Benjamin. Ruben dormit cum Bilha nouerca. Isaac 180 anno atatis moritur.

36. Recensentur Duces orti ex Esau, inter

G E N E S I S.

Inter quos & Amalec, & Ana mularum inuentorū
Ducibus succedunt Reges, inter quos & Iobab. His
rursum duces succedunt.

37. Ioseph ob somnia dominium pro-
mittentia exosus fratribus in cisternam abijcitur
Iudae suasu Ismaelitis venditur 20 argenteis. Fra-
tres polymitam eius sanguini hœdi intinctam mit-
tentes patri persuadent, ipsum laniatum à bestia :
quem luget pater multo tempore. Ioseph Potyphari
Aegyptio venditur.

38. Iudas despondet Thamar filio Her,
dehinc Onano. His extinctis, nurui promittit Selam,
sed non prestat. Ad tonsuram ouium pergens nurum
pro scorto habitam imprægnat. Audita fama stu-
pri Iudas igni eam addicit, sed inspectis Symbolis
pro hœdo mittendo oppignoratis, sententiam mu-
tat. In partu gemini apparent, quorum unus, cum
manum prolatam retraheret, præuenitur ab alte-
ro. Unde primogenitus Phares, alter Zare nomi-
natur.

39. Potyphar videns laboribus Iosephi
diuinitus benedici, Oeconomiam ei credit, ipse
securus interim. Heræ concubitus renuit Ioseph, ne
in Deum & herum impius sit. Sed pallium appre-
hendit ipsa: quo relicto Ioseph foras exilit. Cumq;
mulier ostenso pallio Iosephum attentatæ pudicitie
accusaret: Potyphar illum carceri mancipat, ybi
mox carceris & captiuorum fit custos.

40. Pin-

GENESIS.

40. Pincerna & pistor regij in carcerem compacti somnia habent. Quae enarrans Ioseph, pincerna ex tribus vuis in calicem Regis expressis restitutionem indicit, petens simul, vt is sui sit memor. Pistori ex tribus canistris (e quorum sublimiori aues comederent) decollationem & crucem ominatur. Respondet euentus, Rege celebrante natalitia.

41. Cum Magi somnia Pharaonis de septem vaccis pinguibus & macilentis, spicis plenis & aridis assequi non possent: Ioseph accersitus hinc septem annos fertilitatis, ac toridem sterilitatis praedicit, & de quinta parte frugum reponenda monet. Rex & frugibus & Regno eum praeficit, data vxore Asneth filia sacerdotis On, ex qua nati Manasses & Ephraim Fruges tempore famis diuendit Ioseph.

42. Ioseph fratres frugum causa venientes seq₃ incuruantes, exploratores nominat. Excusant illi, suam recensendo progeniem, quos sic dimittit Ioseph, vt Simeone in vinculis manente fratrem minimum adducant. Reuersi patri narrant omnia, preciumq₃ saccis impositum reperiant. Re-
nuit Iacob mittere Benjamin, licet Ruben suos filios
obsides spondeat.

43. Iacob intelligens filios in Aegyptum absq₃ Benjamin redire non posse, consentit tandem, spondente Iuda, muneraq₃ mittit Principi
Aegypti.

G E N E S I S.

Aegypti, & fausta precatur filijs. Hi dispensato-
tori de pecunia in saccis reperta, se purgant: Iose-
pho munera offerunt, qui de patre rogat, v. s. q.
Beniamin lachrymatur. Fratribus iuxta aetatem
in mensa dispositis partes mittit, ad hilaritatem
cum illis bibens.

44. Ioseph fratrum saccis argentum im-
poni, poculum suum in saccum Beniamin condi iu-
bet. Egressos Oeconomus insequitur, poculum in
sacco Beniamin inuenit. Redeunt illi, & Iudas ex-
ponens, cur prius fratris minimi meminerint, sic eum
ait à patre diligi, vt vix illum à se dimiserit. Se
igitur seruum spondet Iudas, modo puer liber abeat,
sine quo ad Patrem redire nequeat, ne & τὸ ἄλλο
sit paterni funeris.

45. Ioseph illachrymans se fratribus a-
perit, obstupefactos solatur, Dei se nutu premis-
sum referens. Toti paternae familiae in Gosen ho-
spitium & alimenta promittit, annuente etiam
Rege. Fratres flens amplectitur, singulis prater
frumenta duas stolas, Beniamin quinque, cum 300
argenti dat. Pater narrationi de Iosepho vix tan-
dem, visis plaustis & muneribus, credit, ac velut à
morte reuiuiscit.

46. Iacob in continuando itinere con-
firmatur calitus. Enumerantur filij, nepotes & pro-
nepotes Iacobi, Dina item filia, & Sara neptis, at-
que sic 70 anime, quae Aegyptum ingrediuntur. Ioseph

Ioseph

GENESIS.

Ioseph patrem lachrymis & amplexu excipit. Fratres instruit, ut interrogati se Pastores ouium dicant, quò in terra Gosen habitare possint.

47. Ioseph Regi quinque fratres iuniores sistit, dehinc & patrem, qui de etate quesitus ait: Dies peregrinationis suae esse annos 130, paucos & malos. Iacob habitat in Gosen. Deficiente pecunia Aegyptij pecora exponunt pro frugibus, post se ipsos. Quibus data semente Ioseph terram pro quinta parte prouentuum Regi pendenda locat. Quae res in marem abit. Petit Israël sepulchro patrum inferri, idq; iurat ei Ioseph.

48. Iacob morti vicinus adoptat duos filios Iosephi, praeponens Ephraim Manassi, precans solenniter, ut Deus Abrahae & Isaac, Deus conseruator suus & Angelus Redemptor suus benedicat pueris illis, & nominentur ex suo suorumq; Patrum nomine, Reditum posterorum in terram Chanaan praedicens, Iosepho regionem Sichem legat.

49. Benedictio Iacob. Ruben ob incestum non crescat. Simeon & Leui ob crudelitatem dispergantur in Israël. Iuda Catulus leonis, quis suscitabit eum? Sceptrum non recedet ab eo, donec ueniat Schilo. Zabulon ad litus maris agens. Issachar pacem vel oneribus redimens. Dan coluber equos & sessores euertens. Gad praeliator. Aser abundans delicijs. Nephtali ceruus eloquens. Ioseph
filiarum

GENESIS

filiarum ordo, robur brachij, pastor, Dei presidium, benedictio cæli, abyssi, & ventris parata. Benjamin prædator. Iacob sepulchro Arabæ inferri petens moritur.

50. Ioseph & Seniores Aegypti Iacobum sepulchro Patrum inferunt. Fratres sceleris veniam petentes solatur Ioseph, asserens, quod ipsi cogitassent malè, Deo disponente benè cessisse. Natus annos 110. visis ex Ephraim abnepotibus, ex Manasse pronepotibus, de egressu Israëlitarum testificans, & adiurans illos, ut ossa sua secum in terram Chanaan asportent, moritur, & reponitur in poculo in Aegypto.

EXODVS

Caput I.

Isrælitæ mirificè auctos Rex nouus premit, lateres in extruendis Phiton & Ramasses in dies præscriptos rigidè exigens. Illis sub onere crescentibus, Rex masculos in partu necari præcipit. Parcunt eis obstetrices, accusatæq; obtendunt, Hebræas citra obstetricum opem parere. Ideo Deus benedicit obstetricibus. Rex paruulos in profluentem abijci edicit.

2. Natus Moses, quia celari non poterat, in fiscella exponitur. Filia Regis miserta paruuli, cum nutricem requireret, soror infantuli matrem

EXODVS.

matrem vocat. Cui Regina lactandum eum locat, ab lactatum adoptat, & Mosē nominat: Grandior factus Aegyptium in Hebraum saeuientem occidit. Hebraum quendam increpans, cum audiret occisum Aegyptium sibi obijci, fugit in Madian. Filias Raguēlis iuuat in adaquando grege. Raguēl id rescisens filiam ei dat, quae parit Gerson & Eliezer. Mortuo Rege, gemente populo, Deus pacti recordatur.

3. Mosē ē rubo ardente Dominus liberationem populi promittit, Mosē ad Pharaonem ablegat, tergiuersanti successum spondet. Nomen IEHOVA aperit: mandat liberationem nunciari populo, Regi autem indici, ut iter tridui populo concedat, qui tamen non nisi prodigijs coactus sit consensurus. Non autem vacuos, sed cum vastis preciosis egressuros Israēl asserit.

4. Mosē Deus signis instituit, baculi in colubrum vertendi, manus ex sinu prolatae leprose, rursusq; sanatae: aquae in sanguinem verse. Linguae tarditatem obtendenti respondet, se os eius directurum. Cunctanti socius additur Aaron. Mosē in Aegyptum tendenti rursus praecipitur, ut à Rege primogenitum Dei dimitti postulat. In via periclitante Mosē, Zephora filium circumcidit. Aaron Praecepta Dei exponit Senioribus, qui conspectis signis credunt.

5. Exponuntur Regi mandata Dei. Is
G contem.

EXODVS

contemnens edicis, vt Isrælitæ ipsi paleas colligant, numerum laterum nihilominus impleant. Isrælitæ paleas conquirunt, & præfecti flagellantur ab exactoribus, de quorum seuis ie querantur Regi, sed frustra. Isrælitæ in Moysen & Aaronem incensis, Moyses de infelici successu legationis ad Deum conuertitur.

6. Ait Deus, se (I E H O V A M) populum in terram promissam inducturum. Hæc referentem Moysen populus præ spiritus angustia non audit. Iem genuit Gerson, Caath, & Merari. Caath genuit Amram patrem Moysis & Aaron. Aaron genuit Nadab, Abiu, Eleazar, Ichamar. Eleazar Phineen. Hic ille Moyses & Aaron, Legati Dei ad Pharonem. Moyses rursus tardiloquentiam præterdit.

7. Moyses Dei mandato coram Rege baculum in colubrum vertit. Magis id imitantibus, virga Aaronis colubros Megarum absorbit. Rursus à Rege Moyses petit dimissionem populi, sublatæq; virga aquæ Aegypti in sanguinem vertuntur, pisces pereunt. Magi simile quid faciunt, & cor Regis aggravatur.

8. Cum Rex obstinatus esse pergat, procedunt, Aarone manum extendente, ranarum myriades: quibus ad preces Moysis auersis, Rex ad ingenium redit. Pediculis affliguntur Aegyptij, idq; digitus DEX adscribunt Magi. Negata rursus dimissione Populi,

E X O D U S

populi, muscarum prodit exercitus, vexans Aegyptios, parcens Israëlitis. Rex concedit sacrificare, sed in Aegypto. Moses urget egressum in solitudinem, ne abominaciones Aegyptiorum imolantes lapidentur. Aue. sa pena, Rex indurat cor suum.

9. Pecora Aegypti peste, homines ulceribus affliguntur, inaudita grandine cuncta Aegyptiorum foris iumenta extinguuntur, Israëlitis luculenter parcitur. Durante tempestate, Rex suam damnat iniusticiam, preces Moysi & Aaronis expetit: nec tamen ad huc Deum verè timet. Nam cessante plaga cor suum obfirmat.

10. Multiplicantur signa, ut posteris narratione Patrum innotescant. Rursum precipitur dimissio populi, suadentq; eam Aulici. Rege autem Israëlitas cum gregibus dimittere nolente, locustis vastantur omnia. Quibus, orante Mose, ablatis, Rex ad vomitum redit, & immittit Dominus totius tridui palpabiles tenebras, Israëlitarum parcens habitaculis. Rex hominibus ire permittit. Sed dicente Mose, se & de pecoribus ne unguulam relicturos, Pharaei mortem minatur, si ultrà reddat.

11. Præcipit Dominus vasa preciosa ab Aegyptiis commodato accipi, quorum gratiam Israëlitis fit conciliaturus. Moses valdè magnus Regi cunctorum primogenitorum Aegypti necem prædicat, servatis Israëlitis: sic fore, ut Aegyptij vran-

EXODVS

gant Israëlitarum egressum. Verùm ne sic respiscit Pharao.

12. Instituitur ritus Paschalis, & azymorum festum, olim in terra obseruandum, & enarrandum posteris. primogenitis Aegypti occisis, Israelitae compulsi egrediuntur cum spolijs Aegypti, 600000 viri expediti, praeter reliquũ vulgus. phasce datur ab Israelitis, & profelytis circumcisis, cineres domo ne efferantur, nec os frangatur Agno.

13. In memoriam accepti beneficij phasce obseruent in terra. Primogenita mascula Domino sacra sint. Primogenitum asini oue redimatur: hominis verò precio. De quo ritu quaesiti à posteris, historiam de occisis primogenitis Aegypti, suaq; liberatione enarrent. Dominus populum per desertum ducit. Moses secum fert ossa Ioseph. Profecti de Succoth, tentoria figunt in Etham, praeeunte Domino in columna nubis & ignis.

14. Israelitas Pharao cum exercitu insequitur. Murmurantem populum Moses opem & magnalia Dei spectare, iubet. Angelus Domini accessum Aegyptiorum prohibet. Siccato mari, & consolidatis vtrinq; aquis, transeunt Israelitae. In sequentes Aegyptij medijs fluctibus inuoluuntur: quos ad littus eiectos conspicati Israelitae credunt Deo & Mosi.

15. Canticum Mosi. Dominus hostem deiecit, Deus ille patrum Iehoua. Pharaospe
victoriae

EXODVS.

Floria mare ingressus, cen plumbum submersus est.
 Nemo similis Deo facienti mirabilia. Gentes fa-
 ma rei trepidabunt, donec Israel transeat in mon-
 tem hereditatis. Miriam idem carmen canit. Po-
 pulo in Sur siti vexato, Moses ligno aquas emen-
 dat. Præcepta dantur, quibus si obediunt, immunes
 erunt à morbis Aegypti. Veniunt ad 12 fontes. & 70
 palmas.

16. In Sin pressi fame recordantur olla-
 rum Aegypti. Dantur eo vespere coturnices. Datur
 & Manna coriandro similis, de qua pro singulis in-
 dies colligendum Gomor, & nihilo plus habent, qui
 plus colligunt. In crastinum relicta putrescunt. Die
 sexto duplum colligunt. Hinc obseruantia Sabbati
 inculcatur. Sabbato egressi quidam nil inueniunt,
 & obiurgantur à Mose.

17. Cum sitientes murmurarent, Mose
 precante, Deus ex petra largitur aquas. Contra
 Amalec pugnat Iosua, orante interim Mose. Cuius
 manibus sublatis, vincit Israël: remissis, vincitur.
 Ideo Aaron & Hur manus eius lapide supposito ful-
 ciunt, & caduntur Amalechitæ. Dominus factum
 Amales notari iubet, eiq; iurat exitium. Altare,
 Ieboua Nissi.

18. Iethro fama Dei excitus ad generum
 Mosén venit, adducta eius vxore, & filijs. Quibus
 Moses Magnalia Dei, & itineris labores denarrat
 Hinc Iethro sacrificat Deo. Videns generum audien-

EXODVS.

dis causis grauari, suadet huic rei viros pios praest-
ci, Decanos, Quinquagenarios, Centuriones, &
Tribunos. Mosen autem rei sacrae & causis grauioribus vacare. Cui consilio pareat Moses.

19. Israelitas haecenus ceu super aquila-
rum alas portatos Deus ascire statuit in regnum sa-
cerdotale, si pactum seruent. Popi id spondente,
iubentur sanctificari in diem tertium. Quo exorto,
fulgura tonitruum fragoribus miscentur, iube clangor
intenditur, fumigat mos torus, praesente Do-
mino, qui montem attingi seueriter inhibet, soli
Mosi & Aaroni ascensum permittens.

20. Deus inter tonitrua & lampades
Decalogum ita promulgat, vt territi non Deum,
sed Mosen sibi loqui petant, consolante vicissim eos
Mose, & cur haec fiant, exponente. Idola vitentur.
Altare de terra fiat, in loco diuinitus eligendo.
Lapideum ex impolitis fiat, careatq; gradibus, ne
turpitudine pateat Sacerdotis.

21. Si seruus anno septimo liber esse no-
lit, auris eius subula perforetur. Ancilla libera sit,
si quis eam expetat uxorem. Percutiens Parentes
occidatur, plagiarij item, homicide. Casu occi-
denti Asya pateant. Herus seruum percutiens, vt
protinus expiret, necetur. Qui percutit grauidam,
multam numeret: Qui occidit, animam pro anima
reddat. Pro excusso serui oculo vel dente, manumit-
tatur. Lex subiungitur de boque cornupeda.

22. BOS

E X O D V S

22. Bos ablatus, quintuplo pensetur, & ovibus quadruplo, furtum repertum duplo. Fur effra-
ctor nocte liberè possit interfici. Damnum prædijs
datum sarciatur. Deposita ablatum reddatur in
duplo: latente fure is, cui creditum erat, iuramen-
to se purget. Vicians virginem, à se dotatam du-
cat: veniente patre Virginis, dotem tantum solvat.
Maleficæ, cœcutes cum brutis, idololatra occidan-
tur. Advena, vidua pupilli ne contristantur. Pauper
debitor usuris non affligatur: piger, quo carere
nequit, ei reddatur. Principi ne maledicatur. De-
cimæ, primitiæ, primogenita Domino solvantur. A
carne discerpta abstineatur.

23. A credulitate falsoque testimonio ca-
ue: multitudinem in malo ne sequere: causam
pauperis malam ne iuva: benefac iumento inimicis
munera respue: peregrinos ne afflige: Septimo an-
no spontè nata pauperibus relinque: Ne nega servis
& iumentis requiem Sabbato. Fuge etiam nomina
Deorum alienorum. Ritus Paschatis, Pentecostes &
Tabernaculorum observa: hædum in lacte non co-
que: Promittitur Dux itineris, cui si obtemperent,
continget eis benedictio omnis generis. Gentium fœ-
dera prohibentur.

24. Cum populus obsequium sponde-
ret, Moses leges conscribit, & partem sanguinis
vi Tamarum in crateres, residuum super altare fun-
dit: lecto volumine fœderis, & sanguine sparso,

C † pactum

EXODVS.

pacem inter Deum & populum sancit. Aaron enim cum filijs & 70 Senioribus in montem adducit: ipse in cacumen ascendit. Deinde Moses cum Iosua montem conscendit, accepturus Legis tabulas, gubernatione Aaroni & Hur commissa. In monte sex dies commoratus, septima in ipsum verticem vocatur, ibique 40 dies agit.

25. Materia ad tabernaculi structuram colligatur. Arca fiat de lignis Setim, & auro obducatur. Fiat & propitiatorium, duo Cherubim (de quorum medio Dei oracula prodeant) mensa inaurata portatilis, scutela, cochlearia, crateres, & cyathi, candelabrum ductile, calamis, scyphis, sphaerulis, & lilijs insigne: lucerna & emunctoria. Haec omnia ex auro purissimo.

26. Tabernaculum sic fiat. Decem cortinae sericeae, variatae figuris Cherubim, intimum tectum constituent. Alterum tectum faciant cortinae undecim, ex pilis caprinis, quarum undecima posteriorem partem Tabernaculi claudat. Tectum tertium arietum, quartum taxorum constet pellibus. Tabulae de aurata vectibus transmissis sese erectas contineant. Velum sericum ante Sanctum sanctorum figuris angelicis ornatur, intra quod Arca & propitiatorium: extra, mensa & candelabrum ponatur. Extrinsecum velum eodem fiat artificio.

27. De lignis Setim paretur Altare holocausti portatile, habens cornua quatuor. Olla &

E X O D V S.

Vasa reliqua ex aere fiant. In medio altari Craticula pendeat. Atrium sit ex iunctis cortinis, habens in longitudine 50 cubitos, in latitudine 10. Ab oriente velum praebeat ingressum. Contribuatur oleum purum fouendis lucernis candelabri.

28. Aaroni conficiatur Ephod, balteus, duo lapides onychini, 12 tribuum nominibus illustres, qui in utroque humero Aaronis pendeant. Pectorale fulgens 12 gemmis (memoriale coram Domino) tunica serica subter Ephod induenda, in simbria habens mala punica, ac tintinnabula aurea: frontalis lamina cum inscriptione (sanctitas Domini) designans sanctificata esse Israelitarum sacra. Filijs Aaron tunica parentur, baltei, tbiaræ & foeminalia, & manus Sacerdotum impleantur victimis.

29. Aaron & filij aqua loti vngantur in suo habitu, & inaugurentur praescriptis victimis. Iuueni sanguis cornibus altaris illinatur, incendatur adeps, cetera foris comburantur. Ex ariete vno holocaustum fiat. Ex altero itidem, postquam sanguine eius extremum auriculæ dextræ, pollices manuum & pedes dextri Sacerdotum aspersi fuerint. Pectusculum & armus dexter eleuenter, in signum, quod porro Sacerdotibus debeantur. Oblatione vituli altare expietur, vt Indies super eo agni offerantur anniculi duo.

30. Altare thymiamatis ponatur ante

C 5 velum

E X O D V S

Velum Sancti sanctorum, ad solum thymiama adolendum eiusq; cornua quotannis semel aspergantur sanguine. Dimidius scelus mandetur adultis omnibus. Labrum parietur aneum. Oleum unctiois ex speciebus aromatum extrahatur, quo tabernaculi suppellex ipsiq; ungantur Sacerdotes Ne oleum, nec thymiama profanetur, aut imitatione parietur simile.

31. Beseleel & Ooliab spiritu Dei ornati his parandis praesint. Qui violat Sabbat (memoriale creationis mundi) moriatur. Dantur Mosi tabulae Dei digno scriptae.

32. Mose absente, populus vitulo ab Aarone conflato festum celebrat. Excidium populi avertit Moses, admonens Deum, ne liberationem precorū ~~παρολετῆρα~~ populi contamineat, sed promissionis factae Patribus sit memor. Descendens, tabulas confringit, conflatile comminuit, Aaronem obiurgat. Viris 3000 per Leuitas occisis. Moses intercedit pro populo, ipsius loco se expungi e libro vite petens. Respondet Dominus, se impios tantūmodo delere, monetq; Mosē, ut populum in terram ducat: fore tempus, quo peccata ipsorum puniat.

33. Cum Dominus obstinatae gentis Dux esse recusaret: luger populus, vestemq; mutat. Erecto extra castra tabernaculo Israëlita ipsi responsa Mosi audiunt, egredientem & ingredientem reverenter prosequuntur: loquiturq; illi Dominus &

colonna

E X O D V S

columna nubis facie ad faciem, eiq; roganti, ut **DNS** sit itineris, clementer annuit: petenti videre gloriam ipsius, promittit reuelationem bonitatis sue (quam det, cui velit) faciei autem aspectum negat.

34. Reparatis tabulis, reuelatur **Mos** gloria **IEHOVAE** predicantis in nomine **IEHOVAE**, quod bonus sit, multa miserationis in milia, vindex peccatorum in posteros. **Moses** pronus exorat **Dominum**, ut populi quamlibet obstinanti ducem se fore spondeat. Fœdera gentium prohibentur, & simulacra. Primogenitum asini, ouis hominis, pecunia redimatur. Ad solennia festa omnes masculi compareant, Deo interim vigilante pro regione. Primitiæ Deo sacra. Hædus in lacte matris non coquatur. **Mosen** de monte (ubi 40 dies sine cibo egerat) reversum fugiunt **Israëlita**, ob faciem radiantem. Proinde velamine eam tegit.

35. Sabbatum non violetur, sub pœna mortis. Ad structuram Tabernaculi omnis generis materia, monente **Mose**, confertur. Quæ hinc paranda sint, **Moses** enumerat, usq; parandis **Besalcelem** & **Ooliabum**, ceu diuinitus edoctos, destinat.

36. **Besaleel** & **Ooliab** ordiuntur opus populo dante materiam in tanta copia, ut **Moses** amplius quid afferri publicè iubiberet. Adornantur 4. recta tabernaculi: parietes ex tabulis, & duo vela, iuxta prescriptum capitio 26.

37. A' C89

EXODVS.

37. *Arca, propiciatorium, Mensa, Candelabrum, altare thymiamatis cum omnibus ornamentis parantur ad prescriptum capitis 25.*

38. *Conficitur altare holocausti, labrum aeneum, atrium, cum utensilibus. Quae Ithamar iussu Moysi recensita Leuitis curanda credit. Aurum a populo contributum 29 talenta, & 730 sicli. Argentum 100 talenta, & 1775 sicli. Aeri denique 70 talenta, & 2400 sicli, ex quibus fuse bases columnarum sustentium vela, & paxilli altare aeneum, eiusque utensilia.*

39. *Vestitus Aaronis perficitur, ut 28 cap. preceptum est. Absoluta tandem omnia ad Moysen feruntur. Quae completa videns, benedicit populo.*

40. *Tabernaculum erigitur, partes eius disponuntur, & tum haec, tum Sacerdotes (lotos prius) Moyses oleo ungit. Dominus tabernaculum implet nube, noctu ignis speciem habente: quae sublata profectionis, quiescens mansionis signum dabat.*

LEVITICVS.

Caput I.

Holocaustum constet masculo, cuius sanguis circum altare spargatur: hostia in frustra concisa cremetur in odorem Domino. Tur-
turus

LEVI TICVS

turum & columbarum sanguis ad latus aquilonare exprimatur. Vescula gutturis, & plume ad locum cinerum seponantur. Alæ frangantur.

2. Mincha sit ex similia, addito oleo & thure: hinc pu pillus incendatur, reliquum Sacerdotibus cedat. Mincha constet ayzmis oleo litis, fermento careat & mille. Sale condiatur, vt & omnis victima. In primitijs grana è tostis spicis excussa offerantur, addito oleo & thure.

3. In Eucharisticis, de bobus, ouibus, & capris offerantur adeps interior, duo renes cum suo adipe, & reticulum iecoris, cum renunculis in holocaustum. Ab adipe, quem sibi vendicat Dominus (vt & à sanguine) comedendo abstineat.

4. Sacerdos pro suo populique peccato offerat vitulum: septies aspergat ad velum Sancti sanctorum, sanguinem, eoq; tingat cornua altaris thymiamatis, totoq; adipe interno incenso, reliqua cumentur. Pro principe hircus, pro priuato capra vel ouis offeratur.

5. Reticens auditas execrationes, tangens immundum, iurans temerè, pro peccato offerat agnam siue capram: si pauper sit, duos turtures, aut pullos columbarum, vnum Epha, cuius pupillus cremetur, reliquum sit sacerdotis. Anima negligens dare ad cultum, quod debebat, offerat arietem, deinde quod debebat dare, det, & quintam partem addat.

6. Do-

LEVITICVS.

6. Defraudans proximum deposito, vel re alia quadam, tum eam ipsam restituat, tum quintam partem addat; pro peccato arietem offerat. Holocausta redigantur in cineres. Ignis holocaustorum perpetuo foueatur. Minphe pupillus cum thure toto adoletor, reliqua Sacerdotum sumto. Sacerdotes inaugurandi offerent simlām oleo conspersam igne absumendam. Hostia pro peccato in atrio mactetur, residuum ibidem a maribus Sacerdotalis generis edatur, olla fictilis, in qua id coctum est, frangatur, aenea defricetur.

7. Repetuntur ritus holocaustorum. Pellis victimæ, & reliquæ Minphæ, Sacerdotum sumto. Victimæ retributionis Minpha additur azymas, fermenti quoq; panes in vsum cibi, si quid in crastinum superest, comburatur. In Sacrificio pro impetrando beneficio idem fiat, nisi quod caribus in tertium usq; diem vesci licet. Ab esu adipis & sanguinis capeant. De pacificis pectusculum & armus dexter sint Sacerdotum.

8. Aaron & filij ornatu suo induuntur, oleo (vt & Tabernaculam cum vasis) vnguntur. Sacrificia fiunt, inaugurationi eorum destinata. De residuo iubentur conuiuari, & in Tabernaculo manere diebus septem.

9. Expleto consecrationis tempore Aaron pro se vitulum pro peccato, arietem in holocaustam: pro populo bircum, vitulum, agnum, bo-

acris

LEVITICVS

Rem, arietem, Minbam sub enumeratis sacrificiorum speciebus offert. Que sic preparata, ab igne caelesti, admirante populo, absumuntur.

10. Nadab & Abihu igne offerentes alieno extinguuntur. Aaron & filij vel luctus significationem edere prohibentur. Potus inebrians interdicitur illis, dum sacra peragunt. Residuum Minbæ edant, unâ cum filijs & filiabus. Quod residuum hirci (quod edendum erat) combustum esset, indignatur Moses, sed Aarone mœrorem obtendente, acquiescit.

11. Pecora, quæ & ruminant, & ungulas diuidunt, edant; cætera non item. Pisces habentes pinnulas & squamas edant, reliquos non. Ab aquila, gryphe, miluo, vulture, coruo, struthio, noctua, laro, accipure, bubone, mergulo, ibi, cygno, onocrotalo, pica, ciconia, graculo, vrpapæ, volucris quadrupedibus abstineant, præter locustas, quæ saliant. Immundorum contactu polluta lauentur.

12. Mulier enixa masculum, 40 dies domi se contineat: femellam, 80. post, agnum in holocaustum, & pullum columbæ seu turturæ pro peccato offerat: si pauper sit, duos turtures, aut pullos columbarum, vnum in holocaustum, alterum pro peccato.

13. Sacerdos pronunciet leprosum eum, etius pili colorem mutarint, & locus affectus sit profundior.

LEVI TICVS:

fundior. Sin minus, post septimam quemq, diem bis inspectus, mundus dicatur, si plaga non creuit: sin creuit, leprofus. Si insuper caro vicia appareat, pro lepra habeatur. Idem obseruetur, si alibi vel aurei coloris pili, vel maculae candentes, vel in caluitio subrubens color cutis conspiciatur. Leprosorum vestes scindantur, ipsi segregentur. Vestes lepra infectae comburantur.

14. Sanati à lepra duas aues offerant, alterius sanguis desillet super aquas puras, cui altera vicia intincta dimittatur. Ipsi aspergantur sanguine, lauent vestes, radant pilos, duos agnos offerant, ouem, & tres decimas similes. Pauperibus remittatur agnus, & duae decimae similes, si substituant duos turtures aut pullos columbarum. Apparens in domo macula leprae, si intra septiduum non decrescat, rasa superfice aedium, noua fiat incrustatio. Si repullulet lepra, domus destruat. Si non creuit lepra, eodem modo (quo leprosi) mundetur domus.

15. Vir fluxu aut pollutione feminis imundus: mulier menstruis laborans, quicquid tetigerit, lauetur. Sanatus homo à fluxu saedo, vel mulier à menstruis insolitis par turturum aut pullos columbarum offeret, vnum pro peccato, alterum in holocaustum.

16. Festum propiciationis 10 die mensis septimi suis seruetur ritibus: ingressu pontificis in Sanctis-

LEVITICVS.

Sanctissimum non sine sanguine vituli & hirci septies contra oraculum spargendo: oblatione arietis pro se, & arietis atq; hirci pro populo: emissione hirci alterius in desertum, impositis ei peccatis populi.

17. Extra tabernaculum offerens occidatur. Contra edentem de sanguine, ait Dominus, se faciem suam offundaturum, quod is expiationi destinatus, & vita animantium sit in eo. Captus de mundis si mactetur, sanguis obruatur terra. Comedens morticinum vel laniatum, lauet vestes, & immundus sit usq; ad vesperum.

18. Mores gentiles fugiant. Matrimonium non ineant cum patre, matre, nouerca, sorore ex patre vel matre, nepte, amita, matertera, uxore patris, nuru, uxore fratris, priuigna, neptibus uxoris, sorore uxoris. Abstineant à Moloch, adulterijs, concubitu menstruata, masculorum, & brutorum, ob quæ terra euomat Chananeos.

19. Exemplo Dei sint sancti, obediant parentibus, custodiant Sabbathum, fugiant simularia: Pacificorum carnes ultra secundum diem non edantur: residua spicae aut racemi relinquantur pauperibus. Prohibentur furta, mendacia, perinuria, maledicta in surdos, offendicula cecis posita, prepostera in iudicio misericordia, potentum respectus, calumnia, vindicta, comixtio specierum in brutis, seminibus, veste. Concumbens cum ancilla

D

vapulo.

L E V I T I C U S

Vapulet, & arietem offerat Domino. Arborum res-
tentium fructus tribus annis abijciantur, quarto
anno Domino sint sacri, quinto esus eorum conce-
ditur. Vitetur esus sanguinis, Magia, rotunda cri-
nium tonsura, demessio barba, stigmata, prostitu-
tio filiarum, arioli, falsatio, mensura ac ponderis.
Honora tanos, peregrinos dilige.

20. Immolans filium Mo. ocho, consulens
magos & ariolos, maledicens patri aut matri,
incestus & adultera, concumbens cum sorore, nu-
ru, brudis, masculis, menstruat (si de morte con-
stat) occurrinetur. Ducens socrum, cum ea com-
buratur. Dormienti cum amita, matertera, uxo-
re patris, uxore fratris, sterilitatem minatur Do-
minus. A flagitijs Chanaanorum sine alieni, ne-
terra eos euomat: Magi lapidentur.

21. Sacerdos non tangat mortuum,
prater propinquissimos. In funus non prodeat, nec
caput nudet, nec vestimenta scindat, nec carnem
incidat. Uxorem ducat virginem. Summus ponti-
fex nullum funus attingat. Filia Sacerdotis si
scortetur, comburatur. Ex sacerdotali genere qui
notabili defectu laborat, de sacris edat, sacerdotis
autem non fungatur.

22. Sacerdotibus immunditiae tempore
de sacris edere fas non fit. Extra tribum Leui
(prater Sacerdotis vernaculos) de sanctificatis ne-
mo edat, ne quidem filia Sacerdotis extra tribum

Leui

LEVITICVS

Leui nubes. Rediens autem vidua, vel repudiata
& orba ad esum admittitur. Qui ex laicis inquam
de sanctificatis edit: dat tantum, quantum edit, &
quintam insuper eius partem Sacerdoti. Mendosa
non offeratur, prater bouem & ouem in sacr. is
voluntario. Bos, ovis capra demum post diem se-
ptimum oblationi idonea. Mater & fetus non immo-
lentur uia die.

23. Sabbatum sanctificetur. Phase cele-
breur septem diebus, & offerant fasciculos nouarum
rum frugum. Post septimum dehinc Sabbatum
singulis offerantur ex messe panes duo: populi no-
mine agni septem, vitulus, arietes duo, hircus pro
peccato, duo agni in sacrificium retributionis. Spis
ta remanentes pauperum sunt. Prima die mensis
septimi celebretur festum tubarum: decima, expia-
tionis: decima quinta, Tabernaculorum, in me-
moriam peregrinationis in deserto.

24. Oleum offerri iubet ad candelabri
lucernas. Panes facierum Sabbatis mutantur, re-
moti Sacerdotibus cedant. Vir blasphemus ex Dno
iuramenti sententia lapidatur, idq; in legem abit. San-
ctitur, ut anima pro anima, oculus pro oculo, &c
detur. Idemq; iudicium maneat ciues & pere-
grinos.

25. Septeno anno Sabbatum terrae est
sponsa uata sine communia. Præcedentis anni fru-
ges in tres annos suppetent. Anno quinquagesimo

D 3

Jubilæi

L E V I T I C V S.

Iubilaei, quia quisq; ad libertatem possessionemq;
 suam redibit, contractus precedentium annorum
 hinc instituendi erant. Domum intra incenia ven-
 ditam intra annum liceat redimere: post non i-
 tem. Levitarum domus perpetuo iure redemptionis
 gaudeant. Agri illorum nunquam vendantur. Pau-
 per ne grauetur usura. Venditus tibi non tractetur
 ut seruus, sed ut mercenarius. Anno iubilaei liber
 exeat. Mancipia non sint ex Israëlitis, Israëlitae
 vendens se aduene, semper possit redimi. In iubi-
 laeo liber exeat gratis.

26. Obedientibus praedicitur tempesti-
 ua pluuia, uberes proventus, pax, ablatio bestia-
 rum, & gladij, victoria in paucis contra multos,
 praesentia & gratia Dei. Inobedientibus tabes, fe-
 bris ardens, hostes, seruitus, trepidatio, coelum fer-
 reum, terra censa, maledictio laborum, gladius,
 pestis, deditio, fames, praeter qua carnes liberorum e-
 necti, subuersio urbium & Sanctuarij, repudiatio
 sacrorum, dispersio in gentes (ubi terra Sabbatizae
 reposita) pauor cordium. Si in exilio resipuerint,
 promittitur se pacis memorem ipsos respecturum.

27. Indicatur, quanto precio in votis a-
 nimarum redimendi sint masculi, iuxta differenti-
 am etatum. Mundum animal in voto non mutan-
 dum, immundum redimendum. Domus uendenda,
 vel si vouens redimat, quinta pars aestimati precij
 addenda. Agri iuxta sementem aestimentur. Pri-
 mogeni-

LEVITICVS.

primogenita non voueantur. Primogenita de immundis vel redimi à possessore, vel alteri diuendi fas sit. Anathemata non redimantur, vt ne decima, nisi ad aestimatum precium quinta precij pars addatur. Mundorum decima nec permulentur, nec redimantur.

NVMERI.

Cap. I.

Numerantur viri ad bellum idonei summam 603550. Leuitæ ad bellum recenseri prohibentur.

2. Disponuntur Israelitæ. Ad orientem sit tribus Iuda, Isaschar & Zabulon. Ad Austrum Ruben, Simeon, Gad. ad occidentem Ephraim, Manasse, Benjamin. Ad Aquilonem Dan, Asar & Nephtali.

3. Sacerdotibus donantur Leuitæ loco primogenitorum. De familia Gerson numerantur masculi ab uno mense & supra, 7500, castrametantes ad occidentem. De Chaath ad Austrum, 8600. De merari ad aquilonem, 6200. Ad orientem sint Moses & Aaron cum filijs. Quia 22273 primogeniti Israelitarum numerum Leuitarum excedebant: pro residuis primogenitis singulis dandi erant quinq; sicli.

D 3 4. In

4. In profectioe, Arca uelo Sanctorum
 & duabus cortinis, Mensa item, candelabrum, uo-
 trumq; Altare, quaeq; cum suis utensilibus contexta
 cortinis portentur à Caathitis. A Gersonitis duo ex-
 tima tabernaculi tecta, duo vela, & cortina aris.
 A Merariis tabula tabernaculi, ueltes earum, co-
 lumna bases, paxilli, funes. De Chaath recensen-
 tur ab anno trigesimo ad quinquagesimum 2730
 De Gerson 2610 De merari 2200.

5. Separantur leprosi, & immundi. De-
 fraudans alterum confiteatur peccatum, reddat
 rem, quinamq; partem insuper, & offerat aris-
 tem. Si uir mulierem de adulterio suspectam ha-
 beat: Sacerdos, cinere aquis in medio, dira imprece-
 tur mulieri si rea sit. Eas execrationes scriptas a-
 quis illis deleat, & praemisso xelotypiae sacrificio
 propinet mulieri. Rea uisceribus erosus perit. Si in-
 nocens est, fertilis redditur.

6. Nazaræi ab ijs quæ inebriant, à rasu-
 ra, tactu mortui abstineant. Si quis subito coram
 illis moritur, irritum est votum ipsorum. Itaq; raso
 capite oblatiq; victimis de nouo compleant votum.
 Quo completo, rursus praescripte offerantur victi-
 me. Deconsa coma & barba comburatur. Sacer-
 dos dimittens populum dicat: Benedicat tibi Do-
 minus, & custodiat te. Illuminet faciem suam ti-
 bi & misereatur tui: astollat uultum suum ad te,
 & det tibi pacem.

7. Ad

N Y M E R I.

7. Ad initiandum tabernaculum, binā
quiq; principes tribuum plastrum unum, & sin-
guli bouem donant unum, scutella, peluem, coch-
leare aureum plenum thymiamate, bouem, arie-
tem, agnum in holocaustum, hircum pro peccato.
In sacrificiis retributionis boues duos, arietes, hir-
cas & agnos quinq;, Mosi tabernaculum ingredi-
enti vox Dei loquitur inter Cherubim.

8. Candelabrum ad austrum erigatur,
adornentur lampades. Leuita victimis pro se offe-
rendis imponant manus. Vicissim Israhelice Leuitis,
atq; sic inaugurentur, moti ab Aarone, vt loco pri-
mogenitorum seruiant cultui à 25. anno vsq; ad
50. Dehinc ultra suum arbitrium non grauentur.

9. Anno secundo ab egressu pascha ce-
lebratur. Quidam ex synere mundi iubentur 14.
die mensis secundi celebrare, idē, in legem transit.
Contemptoribus paschatis exterminium indicitur.
Tabernaculum erectum Dominus sua praesentia in-
augurat in specie nubis per diem, & ignis per no-
ctem. Quae quiescens mansionis, mota profectio-
nis signum dabat.

10. Personantibus duabus tubis argen-
teis confluat populus ad tabernaculum. In modum
inbili clangentes signum sint profectio-
nis. Isdem utendum erit in egressu ad bellum, festis & Calen-
dis mensium. A Sinai proficiscuntur. Primo prima
acies ad orientem disposita. Sequuntur Gersons

N V M E R I.

10. & Merarita cum assignatis Tabernaculi parietibus. Deinde acies Australis. Sequantur Chaarbita. Post acies occidentalis. Tandem quarta. Moses Hobabo affini persuadet, ut secum maneat. Eleuata nube Moses dicebat: Surge Domine & dissipentur inimici tui & fugiant, qui oderunt te, de facie tua. Quiescente illa, dixit: Reuertere Domine ad myriadas exercitus Israël.

11. Appetitæ carnes promittuntur populo ad nauſeam vsq², quod Moſi videtur πᾶρξ. Doξop. De mole gubernationis conquerenti 70 viri addiunguntur, qui prophetare incipiunt. Prophetant etiam Eldad & Medad. Quos cum Iosue vellet inhibere, respondet Moſes: Vtinam omnis populus prophetet. Coturnices in castra delata capiuntur & eduntur. Quibus nondum consumptis, ingens multitudo populi extinguitur.

12. Aaron & Miriam indignantur Moſi ob ductam Aethiopissam. Respondet Dominus, se illi ceu ſido seruo loqui facie ad faciem, alijs prophetis non item. Miriam leprâ percussa orante Moſe sanatur.

13. Mittuntur è ſingulis tribubus ſinguli optimates ad explorandam terram. Qui poſt dies 40 reuerſi uvam vecte geſtatam ceteroſq³ fructus terræ monſtrant, & fertilitatem prædicant. Caleb etiam de expugnatione bene ſperare iubet. ſed reliqui

N V M E R I.

reliqui ob munitiones & gigantes incolas in expugnabilem dicunt & in salubrem insuper.

14. Populo in Aegyptum reuersuro Moses & Aaron supplices fiunt: Iosue & Chaleb ferè lapidantur, quòd terram expugnari posse dicerent. Sed impeditur populi furor, apparente gloria Domini. Excidium populi auertitur precibus Mosi, qui orat, ne hac ratione priora beneficia visui Aegyptiorum exponantur. Admonet simul de titulis Dei reuelatis sibi in rupe. Respondet Dominus, se sic illis parcere, ut omnes, qui numerati sint ad bellum, in deserto concidant. Israhelita, reclamante Mose, pugnantes contra Amalech fugantur.

15. Sacrificiis singulis cibatorium & libamen vini addendum. De panibus terrae primitias sibi dari ordinat. Populus peccans inscius hircum pro peccato offerat, priuatus capram. Ex proposito peccans peribit de populo. Quidam ligna sabato colligens ex oraculi sententia lapidatur. Praecipiantur simbriae in pallijs flauae, mundatorum Dei memoriale.

16. Core, Datan, Abyron, & 250 Primates contra Mosen & Aaronem insurgunt. Moses Coren eiusq; socios obiurgat, quòd Pontificatum affectent. Datan & Abyron vocati à Mose venire renuunt. Apparente Domino Moses praecipit populo, ut separet se à seditiosis, addens: si terra eos deglutiat, palam fore, quòd Dominum blasphema-

N V M E R I.

vint. Absorbentur igitur Dathan, Abiram & domestici Core. Core & 250 principes igni absumuntur. Thuribula illorum affiguntur altari, pereunt Israelitarum 14700, quod murmurassent bo extrinsecos se ditiosos.

17. Virgis 12 aridis, à principibus tribuum, cum inscriptione nominum, tabernaculo illatis, ut quas refloresceret, tribum Sacerdotio destinatum notare: Virga Aaronis refloruit, proferens amygdalas, & Asservatur in Arca. Precantur Israelitæ, ne prorsus deleantur.

18 Aaron & filij soli, quæ intra velum verrumq; sunt, tractent. Levitæ excubent in custodijs Tabernaculi: alieni se non admisceant. Sacerdotibus assignantur primitiæ monende, medulla olei, vini, frumenta, initia frugum, anathemata, Virga primogenitorum, carnes primogenitorum de brutis, pectusculum & arnis dexter: levanda vitæ. In terra autem nihil possideant. Levitis decime dentur, de quib. decimam dent Sacerdotibus.

19. Vaccæ rufæ extra castra combustæ cineres serventur in usum aquæ mandationis, qua lustrantur immundi, tentoria, cunctaq; supella mortuorum. Ipse aspergens aut tangens aquas, immundus sit usq; ab vesperum.

20. Veniunt in desertum Zin. Moritur Miriam Israelitæ sitientes murmurant. Fugiente & orante Mose, apparet gloria Domini. Primit-

21. 22.

N V M E R I.

mittitur & dantur aquae ex petra baculo percussa.
Qua de re Moſen & Aaronem ſubdubitantes Do-
minus reprehendit. Rex Edom Iſraelitis tranſitum
negans ad bellum ſe parat. Moritur, Aaron, &
ligetur 30. diebus. Eleazar habitu pontificali in-
ducitur.

21. Chananaeus cognito Iſraelitarum
aduentu bellum mouet, & quosdam capit. Popu-
lus excidium Chananeorum vouens vincit. Iſrae-
lite montana Edom circumuehentes per teſt iſineris
& Manna vaſtantur à ſerpentibus, & aſpectu aenei
ſerpentis ſanantur. Quedam manſiones describun-
tur in Oboth, Zared, Arnon, ad puteum, qui ſiti-
ente populo emerſit, item in Mathana, Nahaniel,
Bamoth, phoſga. Iſraelita deuictis Sehon Amor-
rhae, & Og Rege Baſan, vtrunque regnum occupa-
uerunt.

22. Balac contra Iſraël Bileamum precis
conducit. Cui Dominus permittit, vt vadat, ſed nil
niſi ex praſcripto faciat. In itinere aſina viſo ange-
lo à via deſlectens & pedes Bileami atterens cum
ob id vapularet ſentiam ſefforis humana voce re-
prehendit. Proſinus videt, Bileam angelum, qui
propoſitum itineris arguens, edicit, ne quid citra
iuſſum agat. Balac Bileamum exceptum ducit ad
excelsa Baal, vnde exercitum Iſraelis conſpiceret.

23. Peractis ſacris Bileam ait: Se de mon-
tibus orientis euocatum ad maledicendam Iacob,

ſol

N U M E R I.

sed frustra. Eum enim populum sic beatum fore, ut eadem sorte (qua ille) mori cupiat. Rex spe fraudatus mutat locum, ubi Dei iussu propheta Bileam, quod Deum promissi non poeniteat, qui cum benedicat Israeli, se quoque maledicere non posse. Idolum enim non esse in iacob. Qui populus cetero cunctis formidabilis accumbat. Rursum mutat locus & sacra peraguntur.

24. Bileam tentoria Israelis aspiciens ait: quam pulchra tentoria tua, o iacob? ut vales memorose, ut horti irrigui, ut tabernacula plantata a Domino. Deus evexit illum ad ossa gentium frangenda. Benedicens ei, benedictus erit: maledictus, qui maledixerit. Irascente rege Bileam culpam in Deum transfert. Consilium tamen promittit, domum ubi venerit. Rursum de STELLA canit, ex iacob oritura, que percussura sit Moab & Amalec. Cineis quoque interitum praedicit. Tandem naues de Chitim Hebraeos ait afflicturas.

25. Israelitae fornicantur cum feminis Moab, imitantur Baalphegor. Principes suspenduntur, aliqui Israelitae gladio cadunt. Phinees Zambri scortantem cum Midianitide transfodiens, plagam (in qua pereunt 24000) cessare facit, eius confirmatur Sacerdotium. Caduntur Midianitae, quod Israelitas seduxissent per Idolum Phegor, & Scorum Cozbi.

26. Numerantur ad bellum idonei sum-

N U M E R I

matim' 601730. Hic terram sorte dividendam
 decernit, nullo ex ijs, qui olim in Sinai numera-
 bantur, superstite, praeter Iosua & Caleb. Leui-
 tarum masculi ab uno mense & supra sunt 23000.
 27. Filiabus Salphaad in terra sibi quo-
 que partem assignari petentibus annuit Dominus, &
 legem sancit, ut filiae in patris absque filio demortui
 locum succedant. E monte Abarim terra monstra-
 tu Moysi, morituro, quod dubitatione peccasset ad
 aquas Cades. Rogans Dominum pro successore,
 praeceptum accipit de surrogando Iosua, qui stans
 coram Eleazaro nihil in consulto ipso agat. Sic Io-
 sua creatur Dux populi.
 28. Quotidie offerendi duo agni, addi-
 ta decima simila & quarta Hin. Sabbato duo a-
 gni cum duabus decimis simila & libamine. In ne-
 omunijs vituli duo, aries vnus, agni septem, addi-
 to cibatorio & libamine. Hircus etiam in holocau-
 stum. Haec eadem (quae in neomonijs) offerantur
 diebus septem Pascha & Pentecostes.
 29. In festo tubarum & expiationis
 eadem poscuntur victimae, nisi quod vnus tantum vi-
 tulus cum sua decima simila praecipitur. Prima die
 festi tabernaculorum vituli 13 offerantur, arietes
 duo, agni 14. Reliquis diebus itidem, nisi quod nu-
 merus vitulorum indies decrescit, septima die in
 septenarium desinens. Octauo die vitulus & aries
 offeratur, & agni septem.

30. Vir-

30. Virgo innupta vouens Domino, votum soluat, si pater sciens taceat: Reclamante illo a voto fit libera. Idem seruetur, si vouente sponsa, sponsus: vel vxore vouente, maritus vel taceat, vel reclamet. Si vir voueat, vidua aut repudiata, soluetur votum.

31. Israëlitæ occidunt quinq; principes Midianiticos, ac Bileamum, & (iubente Mose) masculos ac fœminas, seruatis virginibus solo. Præda & milites mundantur, & lex fertur, vt de præda per ignem transeant, & aqua lustrentur, qua ignem ferre possunt. Cætera aqua tantum mundentur. Præda dimidia pars militantibus dimidia populo reliquo cedit. Ille quingentesimam animam Eleazar, & quinquagesimam Leuitis tribuant.

32. Ruben & Gad, quòd pecoribus abundarent, terram hæcenus subactam sibi petunt. Moses ratus eos subterfugere labores in occupanda terra, obiurgat illos. Sed pollicentibus ipsis, quòd extructis caulis & vrbibus in usum suorum, præcedere deinde velint Israëlitæ, in occupanda terra, nec nisi perfectis rebus reuertì ad suos: Annuit Moses, & hoc inter Procetes promulgat. Sic Ruben & Gad, & tribui dimidia Manassis datur regnum Sehon & Og.

33. Annotantur mansiones Israëlitarum. Mandat Dominus, vt acletis Chananeis statuas

N U M E R I.

Excelsa illorum deiciant, terram per tribus & familias diuidant.

34. Terræ diuidendæ fines sunt ad austrum, desertum Zin, versus mare salsum. Ad occidentem mare magnum. Ad septentrionem mons Hor. Ad orientem Ain, mare Genesareth & Iordanis. Diuisores terra sint Eleazar, osua & duodecim principes tribuum.

35. Leuitis urbes dentur 48, quarum tres cis, tres trans Iordanem asyla sint ijs, qui eadem commiserunt, donec iudicio sistantur. Qui occidit ex odio aut insidijs, moriatur. Qui fortuito, maneat in asylo ad mortem Pontificis. Terminos egrediens impune potest ab ultore occidi. Homicida sub vestibus moriatur. Pro sanguine non accipitur precium: quod terra non nisi fusso homicida sanguine expietur.

36. Ne forte possessiones confundantur, si filie Salphaad aliarum tribuum viris nubant, lex fertur, vt filie (quæ nullos habent fratres, ideoq; in hereditatem succedunt parentum, suarum tribuum maritis nubant.

DEUTERONOMI

u m. Cap. I.

Reepetit Moses historiam de centuri-
nibus, &c. Exodi 18, constitutis, eorumq; of-
ficio

DEUTERONOMIUM.

fcio. Historiam item explorationis terra, subsequenti murmuris, & iuramenti Dei de murmuratoribus ab ingressu terra secludendis, in sequentisq; pugnae infelicis contra Amorrhæos.

2. Narrat, quod iusserit Dominus patri posteri Edom, Moab, & Ammon, propter Prætres eorum. Ob quos singulis hisce gentibus suas terras (eiectis inde gigantibus) assignavit: Historia repetitur de victoria contra Sehon Amorrhæum.

3. Repetit historiam de uicti Regis Basan Og gigantis, cuius lectus ferreus nouem cubitorum monstratur in Rabbath. Terram ergo Sehon & Og tribubus Ruben, Gad, & dimidia Manassis ita traditam memorat, si uuent Israelitas in subiuganda terra. Refert etiam, licet desideraret transire Iordanem, & videre terram; id tamen sibi negatum, & Iosua ad introductionem populi destinatum.

4. Si legem obseruent, ostendit, nullam fore gentem illustriorem, nulli enim ita se reuelasse Dominum in tam sanctis statutis, quæ tum obseruent ipsi, tum posteris reuenseant: quomodo audierint Dominum e medio ignis loquentem, nec ullam ibi conspexerint imaginem, ne daretur occasio idololatriæ. Cui si operam dederint, testes vocat cælum & terram, quod perituri sint, & dispergendi in gentes. Conuersos tamen non abiectum iri ob pactum sancitum patribus. Singularem certe priuilegio

DEUTERONONIVM.

gio ipsos audiuisse vocem Dei, gloriosè liberatos, atq; in tam egregiam terram introducendos. Cis Iordanem designantur asyla: Bosor, Ramoth, & Golam.

5. Decalogum repetit, tanta olim maiestate promulgatum, ut primates petierint per Moysen sibi leges Dei recitari. Quam reuerentiam Dominus tunc probavit, & ut diuturna esset, exoptavit, ac in petitionem populi consenserit. Proinde ab hac lege ne recedant.

6. Præcepta Dei obseruent, Deum vnum colant, perfectè diligant, eius legem liberis acuunt, postibus inscribant, illi soli seruiant, in ipsius nomine iurent, Dominum non tentent: liberis querentibus rituum rationem, explicent, fieri hac mandante Domino, qui è manu Pharaonis ereptos in terram promissam collocavit.

7. Chananæis non parcant, à fœderibus illorum abstineant, aras, lucos, sculptilia deleant, ut doceat populum præ reliquis in hoc electum: quò disceret, Dominum solum esse Deum, custodientem pactum in mille generationes, qui pijs promittat benedictionem in cunctis, ablationem morborum Aegypti. A præterita liberatione discant Israëlitæ, se virtute Dei vincere posse Chananæos.

8. Inculcata lege, exponit, cur Deus illos 40 annos varie tentari siverit: Cur Mannam dederit, ut doceret non solo pane viuere hominem:

E

cur

D E V T E R O N O M I V M.

cur vestes non sint attrita. Terra promittitur rerum omnium feracissima. Qua copia non utantur ad curam terrenorum, nec deserant eum, qui liberavit partes ex terra scorpionibus & aquarum inopia infami: sed recordentur Dei qui loco deserto aquas è petra, & Man dederit, ut hæc Deo adscribant, reliquos Deos omittant, ne pereant, ut Chananei.

9. Dominus gentes subijcit Israëlitis, non ob horum iustitiam, sed ob illarum iniustitiam, & propter suum iuramentum. Reverset quomodo peccarint in Horeb (ut *παρολετξια* metuenda fuerit, ni precibus impedisset) acinde in loco tentationum, & ad sepulchra concupiscentie: ubi ipse 40 diebus oravit, ne eos deleret Dominus, sed partem suam gloriamq; nominis respiceret.

10 Repetit historias de reparatione tabularum legis, obitu Aaronis, Levitarum vocatione (quorum possessio sit Dominus) de longanimitate Dei erga illos, ubi vicissim Deus timorem & dilectionem sui poscat. Cumq; Dominus ipsos elegerit: Ideo circumciso corde vereantur hunc solum Iehovam, terribilem, & oppressis subvenientem. Peregrinos ament, in nomine Dei iurent, qui & miraculis illos ornavit, & 70 animas Aegyptum ingressas ut astra auxerit.

11. Ait se non parvulis loqui, qui manum Domini contra Pharonem, Dathan & Aby-
ros

DEUTERONONIVM

non viderint, sed Israëlitis $\alpha\upsilon\tau\acute{o}\nu\tau\omicron\upsilon\varsigma$, ut custodiant legem, ingrediantur terram fertilem cultuq; facilem, & irriguam. Obedientibus rerum abundantiam: Idola colentibus sterilitatem prædicat. Præcepta manibus, cordibus, postibus inscribant, posteris inculcent, sub spe retinendæ terræ, quoad dies cælorum durant. In ingressu terræ benedictio legis recitetur in monte Garizim, maledictio in monte Hebal.

12. Loca & aras idolatricas vult everti, oblationes in loco, quem Dominus elegerit, offerri & comedi cum gaudio, nec ab illarum esu Levitas arceri. Ceteris carnibus mundis Sacrificio non destinatis alibi etiam vesci liceat, sed absq; sanguine. Liberos ne traducant per ignem, ad Domini præscriptum agant omnia.

13. Pseudopphetam ne sequantur, et si signum fecerit, sed meminerint, se tentari. Prophetam autem interficiant, ne propinquissimis quidem parcentes. Civitas è qua seductor prodierit, succendatur, & anathemate feriatur.

14. E funeribus incisiones & calvitia caveant. Animalia edant, quæ ungulas dividunt, & ruminant: Pisces habentes squamas & pinnullas, avesq; mundas. A morticinij esu, ab hædo non ab lactato temperent sibi. Decimam proventuum & primogeniti sibi vendicat Dominus. Qui decimas omnes ad locum tabernaculi apportare ne-

D E V T E R O N O M I V M.

queunt: decimis domi venditis, emant deinde, quæ in loco sanctuarij offerant. Peculiares decimæ in usum Leuitarum & pauperum tertio quouis anno distribuantur.

15 Septimo anno debita non exigantur. Nullus sit in terra mendicus. Pauperibus mutuò dent, aperiantq; manum suam. Servos aut servas Hebræas septimo anno emancipatas non dimittant vacuas: memores, quòd & ipsi olim seruierint. Primogenita sic Domino sancta sunt, vt ne lanam quidem in priuatum vsum detondere liceat. Primogenitum mendosum domi edatur, absque tamen sanguine.

16. Agit de festis Paschatis, Pentecostes, & Tabernaculorum, ad locum sanctuarij celebrandis: ad quæ omnes masculi veniant, non vacui. Iudices ἀπρὸς ὁδὸν ἀλίπρωε iudicent, munera sapientum oculos cecantia non acceptent. Israëlitæ lucum aut statuam ad altare Domini ne erigant.

17. Nihil mendosi Domino offerant. Colentes militiam cæli lapidentur, in ore duorum aut trium testium. Testes primum lapidem mittant. In difficilibus causis consulant Sacerdotes, decretis illorum stent, qui contrà fecerit, moriatur. Si Regem petierint, ex Israel eum eligant. Is à sumptibus, reductione populi in Aegyptum, à mulierum multitudine, ab auaritia sibi temperet. Sedens in
folio

D E V T E R O N O M I V M.

folio regni Deuteronomion legat, Deum timeat,
superbiam fugiat.

18. Leuitæ partem in terra non appetant.
Sacerdoti præter oblatorum bouum ac ouium ar-
mum, vtramq; maxillam, & ventriculum: primi-
tiæ quoq; frugum vini, olei, & lanarum ex tonsu-
ra cedant. Leuita ad locum Sanctuarij alicunde
veniens, vt ministret, admittatur. A lustrandis li-
beris, & Ariolis, somnijs, augurijs, incantationibus
pythonibus caueant, à mortuis veritatem non quæ-
rant PROPHETA magnus promittitur. Pseu-
dopropheta occidatur, & hoc noscatur indicio, si
signum ab ipso prædictum non eueniat.

19. Asyla tria sunt, pro ijs, qui casu oc-
ciderint: dilatatis regni finibus, sex designentur.
Qui odio occiderit, nullibi sit tutus. Limites non
transponantur. Testis vnus ne admittitor. Testis
mendax pœnam subeat talionis.

20. In bello copijs hostium ne terrean-
tur, confisi Domino, de cuius fiducia tum concione-
tur Sacerdos. Domum remittantur, qui domum
nouam nondum iniuarunt, vineæ recentis fructus
nondum perceperunt, vxores desponsas nondum do-
mum deduxerunt, item qui pauidi sunt. In ciuita-
tes (si pacem recipiant) non seuiant, contenti tri-
buto & seruitio illarum. Si quæ pacem non recipi-
unt, captis ijs masculos occidant, cæteris parcant,
præter Chananæos, qui penitus deleantur. In bello

DEUTERONOMIUM.

frugiferas arbores ne excindant, sed Machinas parent de agrestibus.

21. Inuento foris occiso, viciniore oppidi Seniores vitulae cervicem frangant, lotisq; super ea manibus orent sibi reatum sanguinis non imputari. Mulieri captae in uxore ducendae prius mese uno suos deslere liceat. Dimissurus eam, emittat liberam. Filius dilectae ne praeferatur odiose primogenito, cui gemina debetur portio. Filius incorrigibilis accusatus lapidetur. Suspensi ante solis occasum sepeliantur.

22. Bos aberrans reducatur, asinus lapsus subleuetur: vir mulieris vestem ne induat, & vicissim. Pullis e nido captis, mater dimittatur. Tecta peribolis muniantur. Bovis & asini in arando iunctura non fiat, nec mixtura seminum, & lini ac lanae: funiculi in simbris praecipiantur. Qui se uxorem corruptam invenisse ait, convictus signis vapulet, centum siclos pendat socero, ne unquam eam repudiet. Convicta autem uxor lapidetur, ut & adulteri. Qui alteri desponsam viciarit, una cum illa (si non clamavit) lapidetur; si in agro oppresit ipse solus moriatur. Qui virginem viciat, datis patri puellae 50 siclis, habeat eam uxorem, nec repudiet unquam. Nouercam ne quis ducat.

23. Eunuchi Ecclesiam non intrent, nec Spari, nec Amonitae, aut Moabite. Idumaeus ut frater, Aegyptius ut hospes in tertia generatione in Eccle-

D E V T E R O N O M I V M.

Ecclesiam admittatur. Bellaturi à peccatis caveant, immundi laventur extra castra, ibidem excrementa defodiant. Servus à Domini tyrannide custodiasur, scortatio non fiat in Israël. Pretium scortationis aut canisroveatur. Usura permittitur aduersus alienos. Votum redde Domino. De uvis proximi edens nihil esset.

24. De libello repudij Dimissa cum ab altero itidem repudiata vel relicta fuerit, ad priorē non redeat. Novus maritus anno integro liber sit à bello. alijsq; oneribus. Molares pro pignore non accipiantur. plagiarij necentur. Oppignorata publicitus accipiantur. Pignus pauperi, merces operario ante noctem reddatur. Nec patres pro filijs, nec vicissim occidantur. Non ledantur advenae, pupilli, viduae, quibus residua in messe cedant.

25. Litigantibus duobus, innocens absolvatur, reus cedatur plagis ad summum 40. Frater defuncti fratris semen excitet, primogenitum ex defuncti nomine appellans. Si renuit: mulier coram senioribus calceum eius detrahat, faciem conspuat. Mulieri, quae viri alieni verenda prehenderit, manus amputetur. Ponderus & mensura ne falsetur. Amalekitae exterminentur.

26. Primitias frugam offerentes dicant, se terram & fruges Domino acceptas ferre. Decimas anno tertio Levitis, advenis, & viduis dent: & epulentur nec tristes, nec immundi. Orent insu-



DEUTERONOMIUM.

per, vt Dominus benedicat populo terrae. Memores, se peculiariter electos, praecepta toto pectore custodiant.

27. Iordane traiecto, lapidibus leuigatis inscribant verba Legis, altare erigant. Simeon, Levi, Iuda, Issaschar, Ioseph, Benjamin stent super monte Garizim ad benedicendum. In Hebal reliqua tribus ad maledicendum. Leuitae clament: Maledictus, qui facit sculprile: qui contemnit parentes: transfert limites: seducit caecum: peruertit iudicium miserorum: concumbit cum nouerca, iumento, sorore, socra aut vxore proximi: qui occidit proximum: munera accipit, vt percutiat animam: qui non manet in cunctis sermonibus legis.

28. Obedientibus benedictio domi ac foris, fuga hostium, thesaurus caeli, pluuia tempestiua parata inobedientibus maledictio domi ac foris, pestis, febris, aer corruptus, caelum aneum, terra ereta pro pluuia puluis, fuga in bello, dispersio in gentes, vlcera Aegypti, pudendorum scabies, amentia cordis, rerum omnium ab alienatio, captiuitas, idololatria, contemptus, absumptio frugum per locustas, bruchos, & rubiginem, seruitus, sitis, penuria, irruptio remotissimarum gentium omnia vastantium, fames inaudita, *πανολετγία*, cor pauidum, reductio in Aegyptum.

29. Praedicantur signa de vestibus & calcibus non attritis, de miranda conseruatione sine hu-

mano

DEUTERONOMIUM.

mano alimento, de victorijs contra 'Sehon & Og. Congregatos Israëlitae ammonet, ne seruiant' Djs alienis, sub comminatione maledictionum legis, ne posterij terram ob Idololatriam subuersam audire cogantur.

30. Si ob Peccata ad cœlorum cardines dispati resipuerint, Dominus in patriam eos reducet, circumcidet cor illorum, & tunc benedicit eis. Mandatum porrò id propè in ore & corde illorum esse ait. Considerent igitur, sibi vitam & mortem propositam, vt colant Deum, & viuant. Sin aliquos sequantur Deos, testes inuocat cœlum & terram, quòd perituri sint. Obediant Deo, qui ipsis est vita & longitudo dierum.

31. Moses exemplo deuicti Sehon & Og solatur populū, ne Chananeos timeat. Solatur & Iosuaam, quòd terram sorte sit diuisurus. Scribit Deuteronomion septimo quoq; anno recitandum in festo Tabernaculorum, & in Arcam reponit. Dominus prædicens defectionem populi canticum vult scribi in testimonium, quòd fideliter sint præmoniti. Ad quod audiendum conuocantur vniuersi.

32. Canticum Mosi. 'Fidelis Deus, & absq; iniquitate: Cui Israëlitae grati esse debebant, quod ipsos elegit in funiculum hereditatis, ceu pupillam custodiuit, instar aquilæ portauit, terram contulit opimam. Sed quia irritant me, vicissim illos irritabo in gente stulta, peribunt omnis generis

DEUTERONOMIUM.

plagis Vtinam saperent, & novissima providerent. Ab uno hoste fugient mille, quia reprobi sunt, ut Sodomitæ. Experientur me ultorem. Dicam tūm: Vbi sunt Dii vestri, opitulentur vobis. Agnoscite tandem, quod ego solus sim Deus, & occisos vos vivificabo, percussos sanabo. Iuro, gladium meum voraturum hostes: Vobis autem propitium me futurum. Recitato cantico, precipitur Moysi, ut è monte Nebo conspecta terra ibidem moriatur.

33. Benedictio Moysi: Ruben sit parvus Iudæ potentiam confirma Domine, Levi custodiat doctrinam Aaronis. Benedic ipsi Domine, & hostes arce. In Benjamin dilectum Domini. Iosepho terra obtingat fertilis, gratiaq; Dei. Cornu potentie sue sternat populos. Zabulon latabitur in exitu suo. Issaschar bona maris suget. Gad dilatabit terminos, pollens robore, habensq; absconditum Prophetam. Dan catulus leonis. Nephtali plenus benedictionibus. Aser benedictus in filiis, pinguedine, metallis & longevitate. Beatus predicatur Israël.

34. Moses terra in monte visa, moritur, & sepelitur à Domino in valle Moab (cuius sepulchrum cognovit nemo) 120 annos natus, corpore ad huc vegeto, & defletur 30 diebus. Nec surrexit Propheta tantis signis illustris, ut Moses fuit coram Phaarone & universo Israël.

LIBER

LIBER IOSUE.

Cap. I.

Hortatur Dominus Iosue, ut terram occupet, se cum ipso futurum. Confortetur ergo, nec quicquam à lege declinet, sed meditetur eam diu noctuq. Iosue refert hæc principibus, & Rubenitas, Gaditas & dimidiam tribum Manasse promissi sui admonet. Qui se in omnibus illi (ut Mosi olim) obtemperaturos spondent.

2. Emissi duo exploratores divertunt ad Rahab, quæ quæstus abscondit, illosq. abijisse ait. Post exponit exploratoribus trepidationem incolarum ad famam siccatis maris & devicti Sehon & Og: Cumq. sciat, Dominum solum esse Deum, petit sibi totiq. cognationi parci. Spondent illi, & conveniunt cum ea de funiculo coccineo in fenestra, signi vice, ligando. Sicq. dimissi triduum latent in montanis. Post in castra redeunt.

3. Castris ad Iordanem motis proclamatur, ut arcam Domini sequantur: Sacerdotes sublata arca in medio Iordane subsistant: tum enim aquis inferiores decursuras, superioribus in unum collectis. Quod protinus evenit, ut pedem in Iordanem signent Sacerdotes.

4. Iosue 12 lapides in medio Iordane erigit, & stantibus Sacerdotibus transit populus, 40000 armatis de Ruben, Gad & Manasse procedentibus. Egressis Sacerdotibus aqua rursus
constat

confluunt. Iosue 12 lapides alios per singularum
tribuum singulos viros e Iordane sublato in Gil-
gal erigit, in perpetuum signum tanti miraculi

5. Chananaei fama siccati Iordanis con-
sternantur. Instaurantur circumcisio in deserto in-
termissa, & triduum morantur eo loco, qui (quod
opprobrium Aegypti ibi ablatum esset) Gilgal dici-
tur. 14 die primi mensis Phase celebrant de frugi-
bus terrae, deficiente Manna. Princeps exercitus
Domini stricto gladio apparens Iosua iubet cal-
ceos exuere, quod is locus sanctus sit.

6. Cum populus sex diebus singulis se-
mel, septimo die septies circuiret urbem Ierichun-
ta & tubarum Iubilaei sono extracto conclamaret:
concidunt muri, occiduntur vniuersa, praeter Ra-
hab eiusq; propinquos. Succenduntur omnia, pra-
ter aurum, argentum, aes & ferrum, quae Domino
consecrantur. Imprecatur Iosue, vt qui urbem in-
staureret, fundamenta iaciat cum iactura primogeo-
niti: portas, nouissimi.

7. Cum Achan surriperet de praeda, 30
00 Israelitae missi contra urbem Ai fugantur. O-
rante Iosua, ne Dominus sic deserendo populum glo-
riam suam negligeret: iubet Dominus sacrilegum sor-
te inquirri. Deprehenditur ergo Achan serio confi-
rens furtum studiose defossam. Qui vna cum liberis
totaq; substantia lapidatus comburitur, & locus A-
chor dicitur.

I O S U A E.

8. Iosua 5000 milites collocat in insidiis, ut quando ipse cum ceteris 25000 simulata fuga hostem ex vrbe eliceat: illi ingressi succendant eam. Quæ sic eueniunt, lanceam eleuante Iosua. Vrbs in tumulum vertitur. Regis suspensi cadauer ad portam ciuitatis proijcitur, coniecto super id aceruo lapidum. Iosue exequitur ea, quæ Moses de altari in Hebel extruendo, de Deuteronomio lapidibus inscribendo, de benedictionibus & maledictionibus super Garizim & Hebel proclamandis præceperat.

9. Gibeonitæ ostensis vtribus vini consutis, vestibus & calc eis detritis, panibusq; duris: persuadent Israëlitis, se audita fama signorū Dei, à longè missos ad ferendum fœdus cum ipsis. Recipiuntur igitur in fœdus. Dolo deprehenso Iosua iuramentum quidem eis seruat, sed ad cædendum ligna & portandum aquas destinat.

10. Reges vrbium Ierusalem, Hebron, Iarmut, Lachis & Eglon oppugnaturi Gibeon, partim cæduntur à Iosua, cuius opem Gibeonitæ implorant, partim grandine delentur. Ad vocem Iosue stant Sol & Luna. Reges in spelunca latentes, saxis ad ingressum volutis custodiuntur, donec à cæde hostium reuersus Iosue suspendi illos mandat, depositosq; in prior em speluncam proijcit. Ciuitates Macedan, Lebnam, Lachis, Eglon, Hebron, Dabir, vnà cum Regibus illorum delet.

L I B E R.

11. Iabin Rex Azor Chananaeos reliquos instigat. Quos innumeros percussit Iosue, iussus nervos equorum (ut iussus erat) incidere, & currus comburere. Urbem Azor cum reliquis (dempris quae in collibus erant) delevit, cunctisque interfectis praedam divisit. Enacim delevit.

12. Reges sub Mose & Iosua haecenus percussi, sunt 31.

13. Iubetur Iosua novem tribubus & dimidia Manassis terram partim subactam, partim subigendam dividere. Rubenitis enim, Gaditis, dimidioque Manassi terra Sebon & Og pridem data erat.

14. Leuitae nihil accipiunt praeter vrbes & suburbana. Caleb Iosuam promissi sibi olim a Mose facti admonet, addens se 85 annos natum non sentire decrementum. Cui Iosua tradit Hebron.

15. Iudae assignantur urbes circiter 114. Caleb delet Enakim, & Axam filiam despondet Athnieli, quod urbem cepisset Kiriat Sepher.

16. Sors Ephraimitarum, qui parcunt Gaseritis, eosque faciunt tributarios.

17. Sors Manassis. Filiae Salphaad iuxta promissionem Dei capiunt partem in Israel. Filios Ioseph de terminorum angustia conquerentes iubet Iosua montana Pheresai & Raphaim succedere. Quod illi metu potentiae incolarum facere metuant.

18. Ta-

I O S U E.

18. Tabernaculum erigitur in Siloh. Iosua è singulis tribubus viros tres in residuam terram reliquis tribubus ad videndam emittit. Quorum civitates in volumine descriptas in septem partes dividunt, Iosua sortem mittente coram Domino. Benjamin sortitur civitates.

19. Simeoni in funiculo Iudæ civitates dantur 17. Zabulon 12. Issaschar 16. Aser 22. Nephthali 19. Dan circiter 19. Israelitæ ex Dei iussu dant Iosue urbem, quam poscebat, Thimnath Serab in montanis Ephraim.

20. Repetitur lex de Asylyis, Numer. 25. Asyla constituuntur Cades, Sichem, Kyriath Arba. Trans Iordanem Bezer, Ramoth in Gilead, & Golan in Basan.

21. Caathiris civitates dantur 23 Gersonitis 13. Meraritis 12 unâ cum suburbanis. Sic promissio Dei de possessione terræ completur.

22. Iosua perfectis rebus Rubenitas, Gaditas, & dimidiam tribû Manasse ad Dei timorem admonitos dimittit. Qui digressi ad Iordanem altare extruunt. Cumq; Israelitæ bellum minarentur, illi legatis respondent, non ad sacrificandum, sed testimonij causa id altare esse factum, ne olim dici possit, sed à communione Israelis seclusos. Acquiescunt & legati & Israelitæ.

23. Iosua morti vicinus Chananæorum condum subactorum eiectionem prædicat. Monet suos

L I B E R.

suos, ne à lege recedant, sed Deo seruiant, qui etiam porro ita pro Israël sit pugnaturus, ut vnus fuget mille. Sin iungantur gentibus, fore eas Israëlitis in laqueum & spinam.

24. Iosua Israëlitas de beneficijs Domini in Abrahami ab idololatria vocatione praestitis, in Aegypto deinde, ad mare rubrum, in deserto, in occupanda terra exhibitis commonefactos grauiter obtestatur, vt soli Deo seruiant. Quod cum solenniter aliquoties promitterent: ipsi praegrandem lapidem erigit in testimonium, & fœdus populi cum Deo renouat. Israëlitæ seruiunt Domino, viuentis Iosua (qui 110 aetatis anno moritur) & viventibus Senioribus. Ossa Ioseph sepeliuntur in Sichem.

L I B E R I V D I C V M,

Cap. 1.

Ivda à Deo ad bella Israëlitarum deputatus, ascito Simeone vincit Adoni Besek, & pollices eius praescindit. Qui fatalem poenam agnoscit, quod & ipse 70 Regibus pollices amputarat. Ierusalem capitur, Iebusitæ non expelluntur: Ciues Hebron & Kiriathsepher ceduntur. Vbi Historia de Calebo, eius filia, & genero repetitur. Iosu. 15. Expugnatur Zephat, Gaza, Asclon & Betbel. Enumerantur habitatores, qui à singulis tribubus non sunt expulsi.

2. Po.

I V D I C V M.

2. Populus ob foedera cum gentibus ini-
ta reprehensus luget. Narratur, quomodo Iosua &
Senioribus defunctis Isrælitæ coluerint Baal &
Astoroth. Unde hostibus in rapinam venditi. A qui-
bus subinde liberantur per Iudices. His rursus de-
functis, ad idola redeunt. Quamobrem Dominus
iratus, gentes non omnes eijcit.

3. Ad bellum exercentur Israelitæ per
residuos in terra Philistæos aliosq; Chananeos.
Quorum Idololatria & nuptijs involuti traduntur
Cusano Risathaim. Resipiscentes eripiuntur per
Athniel. Mox relapsi traduntur Egloni Regi Mo-
ab, à quo liberantur per Ehud, qui ancipiti gladio
Eglognè clam interimit, & euadens collecto exer-
citu, Moabitarum 10000 occidit. pax sequitur an-
norum 80. Post Sengar 600 Philistæos occidens pe-
do, liberat Israelem.

4. Debora iudicat Israel. Israelitis sub
iugo Iabin clamantibus, Debora precipit Baraco,
ut assumptis 10000 ex tribubus Nepthali & Ze-
bulon, Sisaram capitaneum fundat praelio, Domi-
num autem per mulierem daturum victoriam. Pro-
phetissa cum Barac in bellum egreditur. Sisara ter-
ritus diuinitus abscondit se in ædibus Iabelis, & ab
eadem clauo temporibus infixæ perimitur.

5. Debora laudes canit Deo Pro victo-
ria. Exprobrat quibusdam tribubus, quòd non iu-
verint periclitantes fratres. Laudantur tribus, quæ

F

suas

L I B E R

Juas in periculoso bello vires conianxerant. Laudatur Iael ob heroicum factum. Quies secuta annorum 40.

6. Midianitæ premunt Israëlitas, fruges terræ absumunt. Clamant illi ad Dominum. Gedeoni fruges excutienti victoria contra hostem cælitus nunciatur, & confirmatur sacrificio tactu virgæ incenso. Iussu Dei altare Baal destruit. Cum à civibus ad necem quæreretur, Ioas pater cohibet illos, dicens: Si Deus est Baal, vindicet se ipsum. Hinc Gedeon Ierubaal dictus, qui Dei spiritu indutus buccina ad arma conclamat, & signo velleris (terra sicca manente) irrorati & vicissim, confirmatur.

7. Ne populus sibi victoriæ laudem adscribat, iubentur abire formidolosi, & qui curvati lambendo bibebant. Remanent viri 300. Gedeon in castris hostium audit somnium narrari cuiusdam, & explicari de gladio Gedeonis absumente Midianitas. Mox assumens suos, clangentibus, cornibus, fractis hydrys, prolatiis lampadibus, cunctisq; conclamantibus Midianitas fundit, & principes Oreb & Zeb occidit.

8. Ephraimitas indignantes, quod ad bellum non essent evocati, placat Gedeon, tribuens illis laudē devictorum principum. Viros Sucth & Phaniel militibus commeatum negantes, conterit, turrim Phaniel evertit, cognitoq; quod fratres sui
à Re-

I V D I C V M.

9. Regibus Midian occisi essent, vicissim eos occidit Gedeon renuit Rex dici. Peccat, ex inauribus Ephod faciens. Præter filios 70 gignit Abimelechum ex concubina. Mortuo eo, Israël obliuiscitur Dei, & Gedeonis.

9. Abimelech à Sicheinitis, postquam 70 filios Gedeonis occidisset, Rex creatur. Ioham residuus sub parabola olivæ, ficus & vitis recusantium dominum, & rabmni id susipientis, ingratos & crudeles Sicheinitas redarguit, ex rhamnino ignem proditurum ominatur. Orta in Abimelechum conspiratione, Abimelech multos occidit, Sicheim captam destruit, cives occidit, turrim admotis ramis arborum succendit. Oppugnato oppido Thebes, turrim succensurus, per mulierem malarum lapide vulneratur, & ab armigero interficitur.

10. Thola iudex annis 23 Iair 22 qui 30 filiorum ducum pater fuit. Israëlita ob idololatriam annis 18 à Philistæis & Ammonitis vexati, agnitis peccatis idola abijciunt. Gileaditæ principatum decernunt ei, qui primus Ammonitas oppugnet.

11. Iephthe dux factus ostendit Ammonitis, regionem ab Arnon usq; Iaboc non ipsorum, sed Amorrhæorum olim fuisse. Iure itaq; & vel temporis præscriptione Israelitis deberi. Ammonitis nec dum quiescentibus Iephthe arma capit, vovens Domino, quod primū ex adib. exiret. Parta victoria exit si-



L I B E R

- gratulatura. Iephte votum rescindere non ausus
 duos menses illi concedit ad desendam virginitatē.
 Hinc anniuersarius luctus filiarum Israel exortus.
12. Ephraimitæ quod ad prælium non
 essent vocati, bellum mouent. IEPHTE docens
 illos vocatos venire noluisse, vada Iordanis occu-
 pat. Ephraimitæ ex idiomate agniti occiduntur
 42000. Iephte sex annorum iudex moritur.
 Succedit Abesan 60 liberorum pater, regnat sep-
 tennium. Elen decennium. Abdon (40 filiorum
 pater & 30 nepotum auus) octennium.
13. Angelus Manuæ & uxori filij nati-
 vitatem nunciat, legem Nazaraeorum ei imponens.
 Manue de nomine eius querit. Sed is mirabilem se-
 appellans, ascendente fumo sacrificij à se prepara-
 ti unâ ascendit. Nascitur Simson, quem Spiritus
 Domini agit in castris Dan.
14. Simson Dei nutu lambit Philistinam.
 Parentibus unâ descendentibus, leonem perimit.
 Post ad nuptias rediens, cum videret inde mel ena-
 tum triginta sindones deponit cum 30 iuuenibus
 nuptialibus, si problema ea de re propositum intra
 septimum soluant. Qui cum rem à sponsa patefa-
 ctam indicarent. Simson 30 philistæis occisis sindo-
 nes illorum tradit iuuenibus. Iratus uxori domum
 redit. Illa interim nubit alteri
15. Simson audiens uxorem suam alteri
 traditam, iunctis vulpium caudis fruges hostium
 incen-

I V D I C V M.

incendit. Hinc Philistæi domum soceri cereburunt. Cumq; Philistæos percussisset Samson, ipsi ad necem eum poscunt. Vincit ergo Philistæis traditur, ruptis vinculis mandibula asini mille viros occidit, & sitiensi fons ex molari dente mandibula aperitur.

16. Simson scortatur in Gasa. Portas sui, perdendi causa occlusas, humeris in montem Hebron gerit. D A L I L A ter elusa, tandemque de robore Simsonis edocta, dormientem Philistæis tradit. A quibus exoculatus molere cogitur. In festo Dagonis productus, invoato nomine Dei theatrum evertit, & 3000 hominibus occisis, una moritur, postquam 20 annis iudicasset Israël.

17. Micha matri 1100 argenteos oblatos reddit, paratq; ex ijs sculptili & Ephod filium Sacerdotem facit. Levitam ad se divertentem ad rem sacram annuo salario conducit, & hinc Dei favorem sibi pollicetur.

18. Danitis quæsituris possessionem à Sacerdote Micha victoria promittitur. Inveniunt Laitas secure agentes. Debellaturi eos, in reditu abducunt Levitam vna cum Ephod & Idolo, frustra conquerente Miche. Interficiunt cives urbis Laïs, eamq; Dan vocant, ponentes in illa idolum Michæ.

19. Leuita uxorem Domum reversam secutus excipitur blande à socero, & aliquoties detinetur ab illo. Discedens vix tandem in Gibeà hospiti-

L I B E R .

spiritum adipiscitur. Gibeonitis Levitam ad nefandam
libidinem exposcentibus traditur vxor eius. Quam
ex abusu illorum mortuam Levitam in 12 frustra con-
cidit & in omnes terminos in Israel mittit. Israe-
elitae inauditum scelus gladio vindicandum censent.
20. Israelitae autores sceleris experunt
Sed Beniamite circiter 26000, & inter hos 700
fundibularij peritissimi arma capiunt. Israelita-
rum erant 40000. qui bis fugati tandem responsum
accipiunt de victoria. Et erumpentibus Beniami-
tis Israelitae in insidijs positi urbem Gibeon accen-
dunt pereuntque de Benjamin 25000 viri: pecora &
homines in oppidis delentur, oppida exuruntur.
21. Quia Israelitae iurauerant, nolle se
Beniamitis filias suas elocare: ne ea tribus interi-
ret, cives de Iabes Geliad occiduntur, prout in
Mizpa conclusum erat, quod ad bellum non com-
paruissent. Atque hinc 400 virginibus sumptis, pro-
spectum fuit totidem Beniamitis. Reliqui ducenti
Beniamite ex consilio Seniorum Israel totidem
virgines in festo Silo rapiunt.

L I B E R R U T H .

Cap. I.

ELimelech ob famem secedit in regio-
nem Moab cum uxore Naemi, & filijs Maha-
lon & Chilion, qui ibi ducunt Arpan & Ruth.

Mirra

Marito & filijs defunctis, Naëmi nurui Arpa va-
ledicens, vnâ cum Ruth (quæ ab illa auelli non po-
terat) in Bethlehem redit, & Naëmi dici recusat,
sed potius Mara, quod plena egressa rediret criba
& uacua.

2. Ruth spicas colligit in agro Booz
Qui intelligens, quæ esset, iubet cum suis puellis col-
ligere, eò quod secuta socerum sub Dei alas confu-
gerit. Invitat insuper eam ad panem edendû, mes-
soribusq; præcipit, ut vel inter fasciculos eam col-
ligere sinant. Reversa domum prædicat socrui libe-
ralitatem viri, quæ vicissim benedictionem illi præ-
caur à Domino. Ruth toto messis tempore colligit
cum puellis Booz.

3. Ruth suasu socrus ad pedes Booz dor-
mientis in agro se proijcit, petens alam pallij ipsi-
us expandi super se. Booz laudans eam, quod non
secuta esset iuvenes, iurat se illam ducturum, si is
qui propinquior sit, eam non ducat. Ruth mane sex
modijs hordei à Booz dono acceptis, socrui rem om-
nem exponit.

4. Booz coram senioribus rem transi-
git cum eo, qui erat propinquior. Hic audiens non
solum bona Elimelech sibi offerri, sed & Ruth i-
psam, è quo semen suscitetur defuncto: cedit iuri, &
in rei testimonium calcem Boozo tradit. Seniores
precantur Ruth benedictionem Rabelis & Lea. Na-
scitur ex ea Obed, cuius curam agit Naëmi, eiq;
gratulantur matronæ ceteræ.

LIBER PRIMVS

SAMVELIS.

Cap. I.

ANna vxor Helcanæ sterilis à Penin-
na procaciter videtur. Ascendens ad festum
in Silo, animã suam effundit coram Domino, si pu-
erum impetret, se illum iuxta legem Nazæeorum
Domino reddituram vovet. Reprehensa ab Eli ita
se purgat à temulentie crimine, ut cum benedictio-
ne dimittatur. Parit Samuelem, eumq; commen-
dat Pontifici.

2. Canticum Annæ. Cordis sui lætiti-
am, Domini sanctitatem enarrat, qui subleuat mi-
seros, & mortificet, vivificet, conterat potentes,
& exaltet cornu Messie. Visit Samuelem, & parit
rursum tres filios, & duas filias. Ophni & phi-
neas rapientes victimarum partes indebitas,
reprehensi (licet nimis leviter) non obediunt.
Propheta quidam peccata Eli & filiorum redar-
guens denunciatur mortem: suscitandum autem Sacerdo-
tem alium, cui edificetur domus constans, posteris
Eli ad inopiam redactis.

3. Cum sermo Domini præciosus esset,
Dominus in tabernaculo, ter affatur Samuelem;
ter ille currit ad Eli. Qui re intellecta instruit il-
lum, quid Domino porro vocanti respondeat. Do-
minus

S A M V E L I S.

minus igitur ob nimiam indulgentiam Eli minatur excidium domui ipsius. quod Samuel formidans aperire Pontifici, tandem urgenti enarrat. Samuel veracissimus Propheta innotescit toti Israëli.

4. A Philistæis ceduntur 4000. Israëlitæ. Arca Dei in castra perlata letantur Israelitæ, Sed hostes receptis animis rursus fundunt Israëlitæ, Arcam capiunt, pereunt filij Eli. Quæ omnia cum Pontifici Eli 98. annorum seni, & 40. annorum Iudici referuntur, de sella cadens cervicem frangit. Nurus eius ex fatali nuncio parit, & filiū Ichabod vocat, eò quod translata esset gloria Domini.

5. Arca Dei templo Dagonis illata evertit idolum. Azotij in secretis partibus puniti ferunt Arcam in Geth & Ecron: ubi cum perirent plurimi, remittendam eam censent in terram Israël.

6. Sacerdotes Philistæorum consulunt iuxta numerū Principum, quinque annos, totidemque mures aureos in signum plage allate una cum Arca transmitti. Exemplo Pharaonis in crepant illos cunctantes, & suadeut, ut Arcam plaustro novo impositam per duas vaccas lactantes in Bethsemes perferendam imponant, quæ si rectà eò contenderint perspicuum fore priorem poenam fuisse fatalem. Arca in Bethsemeth translata pereunt de Bethsemi-

ris 50070. Quare rogatu Bethsemitarum cives Kiriat Iearim Arcam Dei ad se recipiunt.

7. Israëlitæ lugentes hortatur Samuel, ut abiectis idolis Deo soli serviant: Quo facto in Mizpa illos congregat: & Philistæos orante Samuele tonitru Dei territos fundunt Israëlitæ. Samuel passim iudicat Israëlem, & in Ramath habitans altare ibidem erigit.

8. Ioel & Abia Iudices à patre Samuele facti, pervertendo iudicium ansam præbent populo petendi regem. Displicet id Samueli, sed iubetur annuere petitioni populi, quia Dominum ipsum reiecerit. Samuel promulgat ius Regis, quod ex illorum liberis ministros sibi & famulas delecturus, optimos item agros, vineas, gregumq; decimas sibi vendicaturus sit. Urgenti populo, ut gentium more regem habere liceat annuit Samuel.

9. Saul Asinas patris Cis querens monitu serui Samuelem consulit, qui illum Dei indicio noscit, & de asinis reperitis ac regno pauca locutus, ad convivium sacrum deductum eum primo loco collocat, partes ei peculiariter asservatas proferri iubens. mane Samuel præmittit servum Saulis, ut seorsim cum Saule agat.

10. Samuel ungit Saulem in regem, & prædicit de viris repertas asinas nunciaturis, de viris, qui commeatum ultro sint daturi: de grege Prophetarum obvio, quodq; & ipse sit Prophetatu-

S A M U E L I 9

vus. Sauli digresso mutatur animus, & eveniunt
 prædicta. Samuel in Mizpa increpans populum,
 quod Regem postulasset, per sortem indagat regem,
 & tangitur Saul. Qui absconditus populo, sistitur,
 & gratulantur ei pleriq³, nonnullis filijs Belial
 eum despicientibus.

11. Naas Ammonites obsidens Iabes, ci-
 ves in fœdus se recepturum spondet, si oculum
 dextrum erui sibi patiantur. Hi inducijs septidui
 impetratis rem Israëli nunciant. Saul de agro re-
 diens, re cognita, divini spiritus impetu par boum
 in 12 frustra concidit, frustra in 12 viribus mittit, ad-
 ditisq³ minis exercitum cogit 330000 militum. Am-
 monitas fundit. Populus contemptores Saulis ad
 necem exposcit, sed id impedit Saul. Renovatur
 regnum in Gilgal.

12. Samuel de administrato à se officio
 cum Israëlitis coram Domino contendit. Quibus
 testificantibus, quod nihil propter munera fecisset
 iniquè: beneficia Dei per Iudices præstita recenset,
 & reprehendit acriter, quod Regem petierint: in-
 gentiq³ tonitru exterritos hortatur ad solum De-
 um colendum, promittens benedictionem, si obtem-
 perent: sin secus, maledictionem.

13. Saul 3000 viros in præsidij collo-
 cat. Philistaorum copijs territi Israë. ite paulatim
 fuga dilabuntur. Cunctante Samuele, Saul victimas
 offert. Quo vix factò, venit Samuel, Sauli ob hoc
 abie-

LIBER. I.

abiectionem nuncians. Sexcenti viri manent apud
Saul, non nisi instrumentis rusticis instructi.

14. Jonathan cum armigero fiducia Dei
Philistinos invadens, 20 viros occidit. Exterriti
hostes matui vulneribus cadunt. Quo cognito, Saul
hostem insequitur, & adiunguntur ei Hebraei, qui
prius hostes sequebantur. Saul adiurat populum, ne
edat vsq³ ad vesperam. Jonathan ignarus rei mel
in sylva edit, & hinc recreatur: Populus carnibus
sanguinolentis vescitur. Sauli de persequendis am-
plus hostibus querenti nil respondet Dominus: Sor-
te missa tangitur Jonathan, sed eripitur à populo,
ne occideretur. Bella Saulis, & domestici.

15. Saul amalekitas ob avitam maiorum
crudelitatem in populum Israël iussus extirpare,
collecto exercitu 210000 virorum ferit Amaleki-
tas, sed Regi Agago & pinguis ex grege parcat.
Samuel Sauli pietatem huic rei pretendenti reie-
ctionem denunciat, obedientiam victimis meliorem
esse docens. Cū Saul eum abeuntem pallio prehen-
sum detinere vellet, Samuel ex rupta palii lacinia
regnū ab eo scissum indicat, Agagum in frustra con-
cidit. In Ramath reversus luget ob reiectū Saulē.

16. Samuel mandante Deo, Bethleem
veniens, populum ad sacrificium inuitat, & ex fi-
lijs Isai regem delecturus, prateritis reliquis, Da-
vidē de grege vocatum ungit. Spiritus Domini re-
quiescit super David, & recedit à Saule. Hic de-

more

S A M V E L I S.

monē actus, suāsu Aulicorum Davidem accersit,
qui Cytharā cantu furorem mitiget.

17. Philistæis in prælium congregatis,
procedit Goliath statura & armis formidabilis,
provocans Israëlitas singulis 40 diebus. David per-
cipiens, quo pacto honorandus esset uictor Gigan-
tis, ex devicti prius leonis & ursi stratagemate sibi
difficile non fore Sauli confirmat, ut cum Gigante
pugnet. In nomine Dei igitur superbientem illum
incircumcisum fundā perimit, gladio caput ei præ-
scindit, & fugantur Philistæi.

18. Jonathan ardentissimè diligens Da-
videm, suis illum vestibus induit. Saul eum odit,
quod decem millia ei adscriberentur, sibi verò mille
tantum, & Cythara cantantem lancea petit, sed
frustra. De hinc Capitaneū eum facit, filiam Me-
rob ei promissam iungit Adrieli, & videns Davi-
dem à Michol diligi, pro centum præputijs hostium
illam ipsi spondet. Quibus Regi annumeratis, Mi-
chol Davidi iungitur. & augetur odium Saulis
contra ipsum.

19. Saul Davidi extrema minitans, pla-
catur oratione filij. Reversum autem illum à cede
hostium denuò nititur confodere lancea. Fugit ille,
& questus domi liberatur à Michol. Cum venisset
ad Samuelem, Saul ter mittit nuncios ad capien-
dum Davidem: sed illi incidentes in Collegium Sa-
muelis, prophetare incipiunt. Tandem Saul ipse eo
veniens,

L I B. I.

veniens, prophetare incipit. Hinc vulgatum illud:
Saul inter prophetas.

20. Ionathan Davidi sollicito iurat, vel-
le se eum de patris animo certiores facere. Cum
in festo Neomeniae David abesset à mensa: Iona-
than illum ob sacrificium domum abisse dicit: in-
nocentiam eius defendit. Lancea petitus surgit à
mensa, ac Davidem sagittarum simbolo (ut inter
eos convenerat) de in festo animo patris edocet:
multisq; cum lacrimis ab invicem digrediuntur.

21. David in Nobe veniens, ab Achi-
melech panes facierum, & gladiū Goliathi acci-
pit. Videt id Doeg ibi conclusus. David ad Regem
Achis fugit, sed agnitus ab aulicis, dum sibi metue-
ret, insaniam simulat.

22. Ad Davidem in spelunca Adullam
agentem se congregat familia paterna, miseri &
oppressi ere alieno, & fit dux 400. virorū: Paren-
tibus hospitium impetrat apud regem Moab. Ad-
monitus à Gad redit in terram Iuda. Doeg Achi-
melechum & Davidē conspirationis accusat. Hinc
Saul 85 Sacerdotes per Doeg interfici, & Nobe
civitatem in ore gladii feriri curat. Abiathar filius
Acimelech hoc nunciat Davidi.

23. Keilam à philistæis obsessam David
Domino bis consulto, liberat, & hostes fundens ex
abactis iumentis victum cum suis habet, Resciscens
David Saulem in Keilam descensurum, consulto

Domini

S A M V E L I S.

Domino egreditur cum viris 600. Quem in Ziph morantem Ionathan visit, & de regno solatur, ac fœdus cum eo renovat. David à Ziphæis proditus venit in Maon, ubi Saul Davidem circumdans & concludens, subito propter Philistæorum irruptionem avocatur.

24. Saul assumptis 3000 viris Davidem persequitur. Cui pedes regenti David (etiam instigatus ad occidendum) parcit, & Sauli monstrata lacinia tunice abscissa suam innocentiam comprobabat, Deoq; iudici rem committit. Rex illachrimans predicat Davidis innocentiam, & iuramentum impetrat ab eo, quòd ad regnum evedtus femini ipsius parcere velit.

25. Samuel moritur. Nabal Carmelita suis conforibus convivium instruens, comneatum Davidis nuncijs superbe negat. David rem gladio vindicaturus pravenitur ab Abigæele comneatum liberaliter advehente. Cuius eloquium admiratus, gratulatur sibi, quòd à caede prohibitus esset. Hæc rediens marito refert, bus in periculo fuerint. Percussus decumbit, & moritur. David Abigaelem uxorem ducit, nec non Achinoam de Iezreel. Saul uxorem Davidis Michol dat Phalti.

26. Saul Davidem à Ziphæis proditum persequitur. David in castra veniens dormienti Sauli lanceam ac scyphum aufert, prohibetq; ne Abisai Christum Domini confodiat. Digressus Ab-
noro

nero excubias circa Regem malè procuratas exprobrat Ad Saulem ait, se innoxium agitari, instar pulicis aut perdicis unius. Si Rex instigetur à Deo, reco ciliet eum sacrificio: Sin ab hominibus, maledicti sint illi, quòd hereditate Domini eiectum iubeant alienis servire Dijs. Saul se ipsum reprehendens Davidi saluum conductum promittit.

27 Meru Saulis venit David ad regem Achis, & unà cum suis impetrat oppidum Ziklag. Inde prædam indies agit de Amalec, alijsq; gentibus, simulans coram Achis, se terram Iuda invadere Vnde Rex Achis illum retinere cogitat.

28. Achis Davidem ad commune prælium contra Israel invitat. Saul exasperescens, Dominum frustra consulit. Itaq; mutato habitu, ne Pythonissa agnito illo (qui prius Magos eiecerat) negaret operam suam, venit in Endor. Illa Samuelis spectrum exhibet. Id Saulem ob violatum præceptum de delendis Amalekitis a Domino reiectum, & cras una cum filijs moriturum refert. Quo Saul exterritus, nix tandem cibo sumpto respirans in castra redit.

29. Duces Philistæi veriti ne Sauli à Davide proderentur, Achi persuadent, ut eum è prælio dimittat. Quod facit Achis, culpam in principes rejiciens. Sic David ad sua revertitur.

30. Amalekitæ absente Davide incendunt ziklag, uxores omnes, liberosq; abducunt.

David

SAMVELIS

David consulto Domino insequitur illos, & opera
serui Aegyptij, morbo & inedia ferè confecti, sed
cibo recreati, latrunculos securos obruit, prædant
universam reducit: bona equaliter cum 200 viris
ad sarcinas manentibus distribui facit, de q̄, præda
Optimatibus Israëlitis dona mittit.

31. Fugantur Israëlitæ. Saul vulneratus
(cùm armiger illum occidere formidaret) in pro-
prium gladium ruit. Idem facit armiger. Occi-
duntur tres filij Saulis. Hostes occupant civitates
quasdam. Corpus Saulis amputato capite suspen-
dunt, arma eius inferunt templo Astaroth, & isthac
ad templa idolorum nunciari curant. Viri labes
Gilead corpora regia noctu auferunt, & honestè
sepeliunt.

LIBER SECUNDUS

SAMVELIS

Cap. I.

A Malekita quidam Saulem à se occi-
sum mentiens, Davidis iussu occiditur. Epi-
tadium Sauli & Ionathæ à Davide scriptum: For-
tes & inclyti ceciderunt. Ne id in vrbibus Philiste-
orum nunciatur, ne filia incircumcisorum letentur.
Montana Gelboë nec irrigua sint nec fœcunda. Ar-
eus Ionathæ nunquam è bello inanis redijt. Saul &
Ionathas, in pace amabiles, in bello aquilis velo-

cior

L I B. I I.

ciores, & leonibus fortiores. Amor rums, mi frator
Ionatha, fuit mihi super amorem mulierum.

2. Consulto Domino David in Hebron
ascendit, & ungitur in Regem Iuda. Abner Isbose-
thum filium Saulis super reliquas tribus regem fa-
cit. Abner & Ioab utriusq, exercitus Capitanei,
duodecim utring, viros levioribus praeliis commit-
tant, qui simul moriuntur. Post toti exercitus infe-
stis armis concurrunt, & fugatur exercitus Abner,
Asael non desinens insequi Abnerum, ab eodem oc-
ciditur. Induciae fiunt inter Abner & Ioab.

3. David è sex uxoribus sex filios susci-
pit. Abner scortatus cum noverca Isbosethi, repre-
bensus ab eo, foedus init cum Davide, & Michol ei
adducit, plorante Phalthi. Excipitur honorificè à
Davide, totiusq, Israëlis reductionem spondens,
clam à Ioabo occiditur. David lachrimis illum &
carmine lugubri prosequitur, dictis factisq, decla-
rans, sibi scelus Ioabi displicere.

4. Baëna & Rechob Isbosethum domi
dormientem obtruncant. Caput eius Davidi affe-
runt. Quos præcipit occidi, manibus & pedibus il-
lorum suspensis super piscinam in Hebron. Miphi-
boseth Ionathæ filius fit claudus ex casu nutricis
fugientis cum eo, ad rumorem occisi Saulis & Io-
nathæ.

5. David Rex totius Israëlis electus ex-
pugnat arcem Zion, nihil moratus cecos & clau-
dos.

S A M U E L I S

dos. Cui ligna mittit Hiram ad Regiam extruendam. Plures uxores ducens, undecim filios suscipit. Bis consulens Dominum, bis cadit Philisteos.

6. Rex Arcam Dei curru impositam ex domo Abinadab abducit. Vza tangens eam percussitur. Metu percussus Rex relinquit illam apud Obedeom, cuius domui hinc benedici audiens, à Levitis eam in domum suam portari curat. Ipse tripudians coram Domino, ridetur false à Michol. Respondet Rex, velle se Domino psallere perpetuo, à quo ipse potius quàm Saul electus sit. Michol sterilitate punitur.

7. Rege templum extruere cogitante, Dominus conatum eius inhibet, præmissaq; beneficiorum suorum enumeratione, templum per ipsius filium edificandum ait, per filium Dei, cuius solium perpetuum sit futurum. David humilimas gratias agit, pro bonis tum præstitis, tum porro præstandis in homine, qui Deus sit. Hinc Dei magnificentiam & priscam bonitatem celebrat, verbum sibi dictum confirmari ardentè flagitat.

8. David subjugat Philistæos, Moab & Edom. Hadadeseri currus subnervat: Syros cupientes idum iuvare sternit. Thoi Rex Hemath gratulans Davidi, dona offert. Proceres recensentur regni.

9. Miphibosetho Rex propter patrem Jonathan bona Saulis omnia tradit, & Liba famulo



L I B. II

administranda credit. Mephiboseihum mensa sua
adhibet.

10. David Hanon Ammonitam de morte patris solatur per legatos. Quos cum ille semio-
vasos & precisis vestibibus turpiter dimitteret: bel-
lam exoritur. Vbi Ioab contra Syros Ammonitis o-
pera ferentes: Abisai contra Ammonitas pugnat,
& vincit uterq;. Renovato bello, David 700 cur-
rus, & 40000 equites sternit, & Ammonitas sub-
iugat.

11. David Bethsabeam lavantem accer-
sit & imprægnat. Vir eius Viras è bello evocatus,
cum uxoris consuetudine frui recusaret: Rex lite-
ris per ipsum Ioabo missis mandat, Viram prima
acie locatum irruentibus hostibus deserui, ut occida-
tur. Quo sic perfecto, Ioab nuncium mittit ad Re-
gem, eumq; instruit, quomodo & belli negotium, &
mortem Vriae nunciare debeat. Bethsabea finito
luctu fit uxor Davidis.

12. Nathan præmissa parabola divitis ov-
vem pauperi rapientis, sententiam Regis in rapto-
rem latam in ipsum torquet: & memoratis Dei
beneficijs, Regis scelere, poenaq; talionis, ingemi-
scentem Davidem absolvit. Puer ex adulterio na-
tus moritur. Et à luctu se recreat David, quod eo
puer revocari non possit, ad quem ipse potius ven-
urus sit. Solomon nascitur, & traditur erudiendus
Nathano Propheta. Ioab expugnat Rabbam Am-

moni-

SAMVELIS

monitarum. Corona Regis Davidi imponitur: de populo inauditum supplicium sumitur.

13. Ammon deperiens Thamar sororem, consilio Ionadabi decumbit, & ab ea cibum sibi parari petit, ac frustra supplicansem constuprat. Constupratam eijcit. Illa virginitatem indignissime sibi creptam tragicè conqueritur. Absolon frater Ammonem in convivio trucidari curat, sparsoque rumore, quasi omnes filij Regis occisi essent, Ionadab Regi lugenti solum Ammon interfectum refert. Absolon exulat apud Regem Gessur.

14. Thecuitis instructa à Ioab duos se filios habuisse fingit, quorum alter alterum occiderit. Petit retinere superstitem. Annuente Rege, ipsa parabolam explicans pro Absolone reducendo rogat. Reducitur Absolon, ac tandem (intercedente Iabob) venit in conspectum Patris. Prædicatur Absolonis forma & insignis cesaries

15. Absolon populum miris modis sibi devinctum colligit in Hebron. David fugit. Comitantur ipsum Crethi & Plethi, Gethita & Ithai, qui redire in urbem renuit, cum rege eandem sortem subiturus. Zadokum Rex reverti iubet cum Arca Domini, quam se Deo sic volente sic revisurum ait. Rogatur & Chusai, ut in urbem rediens se amicum Absolonis simulet, Achitophelis consilium infringat, & Regem deunctis certiores faciat per filios sacerdotum.

16. Ziba Regi munera ferens Miphibosethum affectati regni insinuat, & bona illius impetrat, Simei lapidibus & maledictis regem petit, & iussu Regis agnoscentis in hoc voluntatem Domini parcitur illi. Chusai se absolonis amicū fingit. Absolon consilio Abitophelis (cuius dicta pro oraculis habebantur) concubinas patris in conspectu Israelis violat.
17. Consilium Ahitophelis de conscribendis 12000 militibus, & opprimendo Davide lasso infringit Chusai, consulens ex toto regno milites conscribi. Rem omnem per Jonathan & Ahimaas Regi nunciat. Quos proditos & quæsitos mulier quadam in puteo abscondit. Rex certior factus, populum per Iordanem traducit. Sobi, Machir & Barsillai omnis generis alimenta Regi afferunt.
18. David commisso exercitu Ioabo, Abisai, & Ithai, prohibetur exire in prælium. Praecipit autem sibi servari Absolonem. Ex Absolonis parte caduntur 20000, plures absumuntur saltu. Absolon criminibus ab arbore suspensus lanceis à Ioabo transfoditur, & in foveam proiectus acervo lapidum obruitur. Ahimaas Regi victoriam nunciat. dissimulat mortem Absolonis, quam Husai nunciat. Et Rex Absolonem lugeat.
19. Populo dilabente, Ioab lugentem Regem increpat, & minaciter hortatur, ut egressus salutem

SAMUELIS,

salutee populum. Egreditur Rex, & populus ad eū colligitur. Tribus Israël certatim nituntur Regem reducere. Simeï Regem per Iordanem traducturus, veniam secleris sui (reclamante Abisai) consequitur. Miphiboseth servi accusationem diluit, Regi se purgat, dimidiam partem bonorum recuperat. Barsillai octuagenarius in aulam invitatus, renuit, suo loco Chimehamum Regi commendans. Indignantur Israëlites se à tribu Iuda in reducendo Rege preventos.

20. Seba ad defectionem permovet Israëlitas. Concubinae Regis humiliatae privatim vivunt. Exercitus regius Sebam insequitur, cumq; Amasa in gratiam receptus milites cogere moraretur, à Ioab perfide trucidatur. Quem in sanguine volutatum amovit quidam, ne populus Sebã persequi cunctaretur. Oppugnatur Abela, quò is se receperat, sed prudentiã mulieris obsidione liberatur civitas, & caput Sebæ Iaabo traditur. Nominantur proceres regni.

21. Rex edoctus causam famis obortæ esse sevitiã Saulis in Gibeonitas, de consilio Gibeonitarum septem filios Saulis suspendi facit. Cùm resciret, Respham ab alitibus diu noctuq; defendere filios, corpora eorum, ut & ossa Saul ac Ionathas, patrio sepulchro inferri curat. Cùm in bello Philistino David vix gigantis vim evitasset: iurant Israëlites, non se permissuros, ut amplius

LIBERTY.

in bellum extat. Præter hoc bellum tria recensentur alia, quibus singulis, singuli Gigantes Philistæ occisi.

22. David pro liberatione ab hostibus Deo laudes canit Psalmo 18, quem vide in Psalterio.

23. Dixit David Psaltes Israëlis: Spiritus Domini locutus est per me: qualiter matutina lux Solis, & pluvia fecundat terram: tale patrum æternum Dominus cum domo mea inijt, atq; uvinam iam germinet. Impij autem ut spina comburentur. Tres herões Davidis præcipui sunt Iasabeã, Eleasar & Samma, quorum narrantur stratagemata. His (licet inferiores) annumerantur Abisai & Benaia, uterq; heroicis factis illustris, & complures alij, universim 37.

24. Rex (dissuadente Ioabo) numerat populum, cuius audita summa (1300000 virorum) protinus agnoscit peccatum, & malens incidere in manus Domini quàm hominum, præ bello ac fame pestem deligit, quæ cadunt 70000. David manum Angeli in se ut tanti mali autorem verti petit. Monitu Gad emis Rex aream Arafnæ, & uictimam 50 folis & erecto altari offert Domino.

LIBER PRIMUS REGVM

Cap. I.

R E G V M.

DAvidem frigidum calefacit Abisag
Sunamitis. Adonia regnum affectante, Da-
vid à Bethsabea & Natbane de successione
Solomoni promissa monitus, Solomonem in regem
ungi curat. Acclamat & gratulatur ei populus.
Qua re Adonias cum convivis exterritus, & de co-
ronatione Solomonis, gratulationeque plebis, & au-
licorum, ipsiusque Davidis cognoscens, cornu alta-
ris apprehendit, & salvum conductum ita impetrat,
si paci porro studeat.

2. David Solomoni de praeceptis Dei,
de occidendo Ioab & Simei, honorandisque filiis Bar-
sillai mandans moritur. Bethsabee subornata Ado-
nia Sunamitidem petit à Rege, qui confestim eum
curat interfici. Sacerdoti Abiathar ab officio de-
iecto vitam donat, ob officium quod gesserat,
meritaque Davidi praestita. Ioab prehenso cornu alta-
ris, ibidem interficitur, loco ipsius constituto Be-
naia, & Zadoc loco Abiathar. Simei Ierosolymis
se continere iussus cum servos fugitivos ultra ter-
minos praescriptos insequeretur, occiditur.

3. Solomon Regis Aegyptij filiam du-
cit. Offert in excelsis, alias Dominum impense di-
ligens. Sacrificanti in Gibeon Deus praeter sapien-
tiam (quam petijt Rex) divitias gloriamque
confert. Duabus meretriculis de superstite parvu-
lo (alter erat oppressus) altercantibus, Solomon
iubendo dividi infantem, veram matrem, indagat,

LIBER I.

Etque parvulum reddens, sapientia sua specimen edit.

4. Reconsentur Regni proceres & Officiales, Praefecti item 12 tribunum, aula per vices mensium de victu procurantes. Populi multitudo, felicitas, amplitudo Regni, splendor Aulae, victus quotidianus 10 bouum pinguium, 20 pascualium, 100 ovium, praeter cervos & alia. Equi ad currus iungendi 40000, equites 12000, Sapientia Regis, 3000 parabola, Carmina 1005. Disputationes de arborum, animantium, & avium naturis. Fama demiq, plurimo s ex finibus terrae ad percipiendam sapientiam eius eliciens.

5. Solomoni gratulatur Hiram. Cui rex consilium suum exponens de templo iuxta Domini promissum adificando, artifices ab eo impetrat, & ligna e libano. Solomo Hiram 20000 coros tritici. & 20 coros contusi olei pendit annuatim. Operarij in edificatione Templi & Regiae summam 180000.

6. Templi longitudo, latitudo, altitudo, fenestrae, tria deambulatoria subalterna describuntur. Cochlea excitatur, ascensum praebens in deambulatoria. Pavimentum templi abiegnis contabulatum, caetera cedrinis. Sanctum sanctorum sculpturis florum cucurbitumq, insigne auro conuestitur, ut & altare thymiamatis, & duo Cherubin.

7. Ro

R E V M

7. Regia quatuor palatijs augustissimè
exstruitur. Domus item Regine. Vniversa de
lapidibus quadratis serra sectis. Hiramus artifex Ty-
ro evocatus ad residua paranda, construit ante por-
ticum templi duas columnas areas, cum capitellis,
circulis & malogranatis: vas ereum 12 bobus im-
positum: vasa lavandis carnibus destinata unà
cum lebetibus, scutris & amulis: altare thymia-
matis: mensam facierum inauratam: decem can-
delabra aurea cum floribus, hastilibus, calamis,
lucernis, forcipibus, calcibus, cultris, pelvibus, co-
chlearibus, & thuribulis ex auro perfectis. Hæc
templo inferuntur unà cum vasis ac thesauris à
 Davide Domino consecratis.

8. Salomon ex Zion Arcam Dei & san-
ctuarij vasa infert templo. Id se iussu Dei extra-
xisse præfratus, clementiam Domini celebrat, &
de promissa Davidi confirmatione Regni eum ad-
monens petit, ut precantes in templo exaudiat,
scilicet oppressos à proximo, & populum si exilio,
fame, erugine, locustis, bello & captivitate vexa-
tus respiscat. Populo benedicit Rex, veritatem pro-
missorum Dei prædicans, ipsamq; pro clementi pro-
tectione orans. Encœnia fiunt 7 dierum.

9. Dominus preces Solomonis acce-
pit. Ambulanti in via patris perpetuitatem solij
promittit: aversis autem à Deo benefactore, exi-
liam

L I B E R I.

Cum templiq; projectionem minatur. Hiram pro auro ad structuram dato respuit oppida Galilea. Quare Solomon vim auri edificationi insumptam per tributum colligit, & Hiram restituit. Canaanos tributo & servilibus operis subijcit. Regina migrat in domum recens conditam. Solomon ex Ophir ingentem auri vim commutatione mercium acquirit.

10. Regina de Saba problematibus sapientiam Regis explorat. Auditis ipsius responsis, viso splendore Aulae, holocaustis item in domo Domini oblati, admirabunda famam de Solomone auditam comprobat, & Deum super his celebrat. Solomoni incredibilem auri & aromatum copiam donat. Cui vicissim regia munera dat Solomon. Regia classis ligna adhibet preciosa parandis fulcris & instrumentis Musicis. Solomoniae gloriam tota terra avet percipere. Ex allatis donis sic ditatur, ut argentum Hierosolymis instar lapidum vilescat.

11. Quia Solomon alienigenas ducens idololatriam passim exerceri patitur: divisio regni ei nunciatur, & opponunt se illi Adad Idumaeus, Rason & Ierobeam. Abia pallium in 12 partes dividens, decem assignat Ierobeamo, benedictionem ei nuncians, si Deo obediat: sin secus, poenas. Quare vulgata Solomon insidiatur Ierobeamo. sed is in Aegyptum fugit. Solomoni defuncto succedit filius Roboam.

12. Ro.

R E G U M

12. Roboam spreto seniorum consilio, coetaneis obsequitur, populoq; petenti onerum mitigationem, eorundem aggravationem minatur. Hinc decem tribus deficiunt, ad quas missus Adiram lapidatur. Roboam fugit. Mox armis repersurus eas per Semeiam prohibetur. Ierobeam rex Israelis factus, ut ansam redeundi ad regem Iuda præsunderet Israëlitis, duos vitulos fundit, alterum in Dan, alterum in Bethel collocans, excelsa erigit, sacerdotes ex alijs tribubus constituit, festorum ordinem & tempora mutat.

13. Cùm in Bethel sacrificaret, Propheta quidam in eo altari Sacerdotes excelsorum per Iosiam olim immolandos prädicit. Regis manum (quæ contra Prophetam extensa exaruerat) precibus restituit. Cùm ad senem Prophetam contra Dei iussum divertisset, à leone percutitur. Senex Propheta corpus eius suo sepulchro infert, se quoq; post mortem ibi sepeliri petens. Haud dubiè enim prophetiam eius adimpletum iri.

14. Vxor Ierobeam mutato habitu de morbo filij consulit Abiam. Is licet cæcutiens agnoscit illam, & prädicit domui Ierobeami ob ipsius impietatem, excidium, Israëlitis abiectionem & mortem pueri. Peccante domo Iuda (tolerando excelsa, statuas, & effæminatos) Aegyptius templum spoliat, scuta Solomonis aurea aufert. Substituit Roboam ærea. Defuncto illo regnat Abiam.

15. Abiam

LIBER I.

15. Abiæ cum Ierobeamo pax nulla. Abiæ, succedit Aſa. Is delet effœminatos & idola Excelsa tolerat, ſed cor eius integrum eſt. Exorto bello inter ipſum & Baëſam, Benadad rogatu Aſa renunciat Iſraëlitico fœderi, & Baëſam cogit & manienda Rama diſcedere. Aſe ex dolore pedum mortuo ſuccedit Iofaphat. Nadab biennium ſuper Iſraël impiè regnans deletur cum poſteris.

16. Propheta Iehu Baëſæ impio poſterioris nunciat excidium. Succedit ei Ela, quem occidit Lambri, arreptoq; imperio domum Baëſæ delet. Regnat dies 7. Cum in Tberſa obſideretur, una cum regia ſuccendit. Pars populi adheret Thebni, pars Amri, qua & prevaluit. Amri Samariam emit, ibiq; regnat. Succedit ei Abab, qui ducta Iezabele colit Baal. Hiel in Abiram primogenito ſuo fundat Iericho, & in Segub noviffimo ponit portas, iuxta urbem Iofua.

17. Elias famem nuncians cœlumq; claudens in torrente Crith alitur à corvis: dehinc & Sareptana vidua, que ligna colligebat, ut reſiduum farine ſibi filioq; coqueret, ac moreretur. Sed Elias nec farinam nec oleum de futuro promittit. Viduæ filium mortuum reſuscitat.

18. Elias pluviam nunciaturus, ab Abdia Prophetarum nutricio petit ſe Regi indicari. Abdias vix tandem obtemperat. Ab Ahabo igitur Elias Prophetas Baal & Lincorum convocari petit. Quo facto

facto, Elias sic cum eis transigit, ut qui Deus per signem responderit, pro Deo habeatur. Baalite suum Deum suis ritibus frustra invocant. Elia autem orante, ignis delabatur, totam aram victimamq; absumens. Populus hinc verum Deum agnoscit, & occiduntur Baalite. Precante Elia pluvia exoritur. 19. Elias ob minas Iezabelis fugit. In deserto sub iunipero dormiens, ab angelo, pane subcinericio & aqua sic recreatur, ut 40 dies & noctes usq; ad montem Dei Horeb continuè ambulet. Vbi suum Domino zelum exponit. Dominus non in turbine, terramotu, & igne, sed in sibilo venti se ostendit Elia, & mandat, ut Hazaëlem super Syriam, Iehu super Israël, Eliseum verò suo loco prophetam vngat. Per hos enim velle se Israël punire, servatis interim 7000 electis. Elisauus vocatus Prophetam sequitur.

20. Cum Benadad omnia quæ Ahabi essent postularet, & extrema minaretur, Prophetam quidam victoriam Ababo promittit. Servi itaque principum Israëlitarum Syros obvios sternunt. Cum Benadad sequenti anno bellum pari planè exercitum instauraret, dimicaturus non in montanis, sed in campestribus, sternuntur Syri 100000, reliquæ 27000 ruina muri Aphec oppressis. Quidam Prophetas Regis facti unà cum parabola ad Ababum applicans, interitum ei prædicit, eò quòd contra Dei iussu pepercit Benadado.

LIBER I.

21. Naboth Ahabo vineam suam negans iussu Iezabelis lapidatur. Ahabo ad possidendam vineam ascendenti Elias obuius, cum ipsi, cum uxori totiq; domui interitum denunciat. Rex lugens & ieiunans dilationem poenae impetrat.

22. Iosaphat & Ahab contra Regem Syriæ pugnaturi consulunt Micham, qui, disiectionem exercitus, & exitium Achabi nunciat, Pseudoprophetarum vota adscribens Satanae, fascinanti Prophetas Ahab mendacis. Sedechias Micham ferit. Ahab ipse carceri eum mancipat. Syri Iosaphatum pro Ahabo primitus aggressi, cognito errore, remittunt ab eo. Telo conficitur Ahab, & sanguis eius lingitur à canibus. Iosaphat rex pius excelsa tolerat: sed effeminatos extirpat, Idumaea imperat. Auram ex Ophir infelici successu asportari iubet. Mortuo succedit Ioram. Ahazias Ahabo succedens paternam maternamq; idololatriam emulatur.

LIBER SECUNDVS

REGVM,

Cap. I.

AHazias ex lapsu decumbens consulit Beelzebub. Nuncijs Elias mortem Regis praedicit. Rex resciscens, tres capitaneos singulos

R E G V M.

Los singulis 50 militibus stipatos ad cōprehendendū
Eliam ordine mittit, Et duo priores igne cœlitus
deuocato perduntur cum suis. Tertius autem sibi
suisq; parci petit. Iussu angeli Elias ad Regem de-
scendit, & mortis sententiam repetit. Rex meretur,
cui frater Ioram surrogatur.

2. Elias in cœlum transferendus ter se
Eliseo subducere nititur, & ter ille negat se ab eo
discessurum. Filij Prophetarum cum Eliseo de abitu
Elie conferunt. Elias Iordanem pallio divisum tra-
hens, curru & equis igneis in cœlum rapitur. Eli-
seus pallio Elie Iordanem dividens, voti de dupli-
cando sibi spiritu Magistri compos factus hinc intel-
ligitur. Quæsius Elias non reperitur. Eliseus aquas
Ierichio sale iniecto corrigit In Bethel rediens ride-
tur à 42 pueris, qui mox à duobus ursis laniantur.

3. Ioram idolatra (negante Rege Moa-
bitarum lane tributum) cum Rege Iuda & Edom
se coniungit. Afflicti siti ab Eliseo audiunt alveum
aqua replendum, devictisq; Moabitis omnia vasta-
tum in. Sequitur eventus. Rex Moab cum ex Me-
tropoli (quo confugerat) eruptionem frustra tenta-
ret, iugularum primogenitum holocausti loco obitu-
lit, & sic obsidio solvitur.

4. Vidua cuiusdam Prophetæ ex oleo
per miraculum aucto debita solvit. Sunanitis Eli-
seus canaculum se icuans filio vicissim augetur:
quem mortuum Prophetæ baculo suo per Giezi sus-

LIBER II.

citare nititur. Sed re non succedente, ipsemet cœnaculum ingressus illum resuscitat. Colocynthidas à filijs Prophetarum collectas iniecta farina emendat. Centum viros viginti pascit panibus, & iuxta verbum Domini superest.

5. Naaman petiturus ab Elifæo sanitatem, literas à rege Syro ad Israelis regem impetrat. Hic literis ijs ansam belli captari ratus, tandem mittit eum ad Prophetam. Naaman tandem consentiens, ut in Iordane septies mergeretur, sanatur à lepra. Elifæus pro collata sanitate munera accipere constanter renuit. Permittit Naamano (soli Deo Israëlis posthac servituro) ut Regem adorantem in templo Remnon manu sua fulciat. Giezi à Naamano duo talenta argenti & vestes accipiens lepra percutitur.

6. Filijs Prophetarum domum sibi amplio-rem parantibus, Elifæus ferrum securis lapsam in Iordanem natare facit. Rex Syriæ propter Elifæum (quod Syrorum consilia patefaceret) Dothain militum copijs cingit. Quibus myriadas angelorum oppositas Propheta famulo ostendit. Syros ducit in Samariam, quos (quia armis capti non essent) pacificè dimitti iubet. Inaudita fame oborta Rex Elifæo mortem iurat, ac spiculatorum præmittit. Propheta conscius rei fores occludi præcipit, donec Rex ipse veniret, qui tantum malam divinitus imitti fatetur.

7. Satra

R E G V M.

7. Satrapes Elisæo subitam vilitatem annona promittenti credere nolens audit, quòd eam visurus sit, non autem fruiturus. Leprosi castra Sytorum (qui divinitus fugati erant) deserta inveniunt, idq; Regi aperiri faciunt. Ex direptione castrorum dicta vilitas annona sequitur. Satrapes ille ad portas constitutus concultatur à turba.

8. Sunamitis ob instantem famem septennij, iussu Prophetæ peregrinatur. Cum Giezi inter facta Elisæi etiam de resuscitato filio Sunamidis Regi referret: Sunamitis reversa intervenit pro restitutione bonorum regem in clamatura, & in iudicio Giezi innotescens Regi impetrat, quod petebat. Moritur Benadad, de cuius sorte Hazael Prophetam consulverat. Prophetæ ipsum regem quidem Syria, sed flagellum Israëlitarum fore flens prædicit. Ioram Rex Iuda vias sequitur regem Israël. Idam eos rebellantes profligat quidem, sed sub iugum nequit retrahere. Huic succedit Abasias idolatra, qui filium Ababi in Syriaco prælio vulneratum invisit.

9. Discipulus quidam Elisæi Capitanum Iehu in regem ungit, prædictaq; deletionis domus Ahab fugit. Iehu commilitonibus rem denarrans solenniter Rex proclamatur, & fœdere cum Ducibus inito, incredibili celeritate ad Ioram in Ierusalem egrotantem contendit, sibiq; obvium illum telo traiecit, & in agrum Naboth abyssi mandat. Ahasiam occidit. Iezabelē de fenestra præcipitari iubet

L I B E R I I

Qua cum à canibus ad calvariam, pedes, manumq;
palmas vsq; lanitatus esset, Iehu providentia Dei id-
adscibit.

10. Proceres Samariae Iehu bella moli-
entem placant, transmissis 70 filiorum Ahab capi-
tibus. Quibus populo monstratis, Iehu sermonens
Eliæ completum ait. Consiarios Ahab delet. Fra-
tres Ahazias 42 interimit: Ionadabum filium Re-
chab inspectorem Zeli sui adiscit. Ministros Baal
ex toto regno contractos exterminat, statum Baal
conterit, edem eius in latrinam convertit. Quia
vitulos Ieroboami colit: Dominus regnum quidem
in quartam generationem promittit: sed terram in-
cursionibus Hazaelis obijcit. Iehu mortuo succedit
Ioachaz filius.

11. Athalia filios Regis occidit, præter
infantem Ioas à Iosaba Ioiada vxore subtractum,
& in Templo educatum. Hunc Ioiadas anno septimo
Primatibus sistit, ad iurans illos, ut eius curam sus-
cipiant. Sic Rex declaratur. Quod agrè ferens A-
thalia interficitur. Ioiadas foedus pangit inter De-
um & populum, & abolet cultum Baal. Rex super
thronum regni locatur, let ante populo terra.

12. Ionas vivente Ioiada piè regnat. Tem-
pli ruinas ex pecunijs sacris instaurari præcipit.
Cunctantibus sacerdotibus mandatum renovat. Ha-
zaelem Ierosolymas oppugnantem templi thesauris
placat. Interficitur à Iosachar & Iozabad-

13. CUM

R E G V M.

13. Cum Ioachaz Ieroboami viam se-
queretur : populus eius ab Hazaele mirifice atte-
nuatur. Invocato Domino pacem mediocrem impe-
trat. Mortuo ei succedit Ioas filius, Ieroboam.
Aegrotat Eliseus. Visitatus à Ioas, sagittam salutis
contra Syriam emitti, sagittis terram feriri monet.
Cum id Rex ter faceret, perhibet propheta, totidem
vicibus ipsum percussurum Syriam, quam totam at-
teriturus fuerit, si percussisset sepius. Moritur Eli-
seus, cuius osium contactu resurgit mortuus. Ha-
Zaeli successit Benadab, quem vincit Ioas, & amif-
sas urbes recuperat.

14. Amasias Rex Iuda occisores patris
sui perimit, filijs eorum parcat. Idumaeos fundit. Re-
gi Israëlis bellum movet. Cuius stultitiam Ioas apo-
logo cardui stolidè superbientis perstringit, & ne
malum accersat sibi, monet. Non acquiescente illo,
Ioas exercitum Iuda fugat, captoq; Amasia mu-
rum Ierosolymæ 400 cubitis interrumpit, tem-
plumq; spoliat. Amasias occiditur. Per Ieroboamum
licet idolatram Deus dilatat fines Israel. defuncto
ipso regnat Zacharias filius.

15. Azarias Rex Iuda piè regnat, excel-
sa tamen non abolet. Lepra percusso succedit filius
Iothan. Zacharias Rex Israëlis percutitur à Sellum:
Hic vicissim à Manaben, homine crudeli. Qui sub-
ditos rebelles cohibet ope Assyri, quem sibi devin-
cit pecunia à subditis emanata. Mortuo illo regnat

L I B E R II.

Phaceia. Hūc interficit Peka filius Romelia, sub quo Theglathalassar arbes Galileæ in Assyrios transfert. Ioathan Rex Iuda (pius aliàs) excelsa tolerat, portam in templo augustā condit. Succedit ei Ahaz. 16. Ahaz colit idola gentium, filium ducit per ignem, & passim offert. Rezin Syrus urbem Elath Syriæ adiungit, eiectis inde Iudæis. Assyrius acceptis ab Ahaz donis Syrum ab oppugnando Iuda vi abstrahit. Cui gratulatur Ahaz in Damascū usq; obviam procedens, & ad effigiem altaris ibi conspecti simile construi mandat. Quod in locum ærei à Solomone parati substituit, & circa lateres & mare æreum nonnulla mutat.

17. Osee rex Israël Ægyptijs fretus tributum negat Salmanassari. Is expugnata Samaria 10 tribus in Assyriam traducit. Causa tanti mali est, quod pacto Dei deserto, spretisq; monitis Prophetarum, autore Ieroboam, vias gentium secuti sunt. In abductorum locum substituuntur gentiles. Hi cum vastarentur à leonibus, idq; fieri diceretur, quod cultum Dei terra ignorarent: Assyrius eos per Israëliticum sacerdotem facit institui. Nihilominus idola amplexi mixtam religionem profitentur. Dominum SOLVM colere detrectant.

18. Hiskias sanctissimus Rex Iuda destruit excelsa, statuas, lucos, serpentem æneum coli coeptum. Assyrii iugum excutit, Philistæos subigit. Sanberib per legatos denunciatur Hiskia, frustra il-

licus

lum vel in arundine Aegypti, vel in Deo, vel proprijs viribus considerare. Quin se Dei nutu ad Iudaea vastationem ascendisse. Compellatus Rabsaces, ut Syriacè loqueretur: rursus Hebraicè populo suadet deditio-
tionem, monens, ne Deo fidant, cum nulli Dij suos cultores defendere potuerint.

19. Rex hæc cognoscens, in domum Domini ascendit: in extremis angustijs Esaiæ preces expetit. Qui assyrium domum turpiter reversum occisum iri prædicit. Percepto itaq; nuncio de irruptione Aethiopum, Assyrius discedit, literis Hiskiam exemplo subactarum gentium à Dei fiducia ad deditio-
deditioem hortatur. Rex literas expandit coram Domino, precans, ut ipse (solus Dominus) gloriam suam vindicet. Respondet Dominus: Quia Assyrius iactet se propria potentia cedros Libani succidisse, cum tamen Dominus in delendis gentibus opera eius tantum sit usus: ideo frenum ei iniectum iri, ut re infecta discedat. Populo Iuda pax & protectio Dei promittitur. Ea ipsa nocte Angelus 185000 percussit. Sanherib domi à filijs occiditur.

20. Hiskias ægrotans dictam sibi mortis sententiam deprecatur. Esaias accessionem annorum 15 ei promittit, sicut Regis ulcus profligat, & Regem die tertia in domum Domini ascensurum solis retracti miraculo confirmat. Legatis Mero-
dachi de reddita valetudine gratulantis, thesaurum regie ostentat Hiskias, sed reprehensus ab Esaiæ

H 4 (pre-

LIBER II.

(*prædicente servitutem Babylonicam*) sententia Domini acquiescit. Morienti succedit Manasses.

21. Manasses restaurat excelsa & aras Baal, militiaq; cæli, filium trahit per ignem, ipsis gentibus deterior. Minatur Dominus, velle se scelera regni Iuda ad pondus peccatorum Ahab ponderare, populumq; hostibus diripiendum obicere. Innoxio sanguine Manasses Hierosolymam implet. Moritur, surrogato filio æquè impio Ammon, cui per servos sublato succedit Iosias.

22. Iosias Rex sanctus, mandat pecuniis Gazophylacij ruinas templi restaurari. De reperto libro legis Huldam Prophetissam consulit, querens, an pœnæ imminentes averti possint; Quæ respondet, Deum pœnas in lecto volumine comprehensas urbi inducturum. Sed quia Iosias se humiliavit, ipsum in conspectu malorum subtractum sepulchro suo inferendum.

23. Iosias libro legis publicè prælecto fœdus renovat inter Deum & populum. Exterminat vasa Baal, adoratores signorum cæli: arbores idolatricas, adiculas effæminatorum: Sacellum Moloch: equos & currus solis, aras Abaz & Manassis: Sacella Solomonis, & fana excelsorum Samarie. Diruit altare Bethel, & ossa sacerdotum in illo comburit, sepulchrum Prophete hæc prædicentis olim intactum relinquit. Phase inaudita solennitate celebrat. Ob peccata Manassis tribui Iuda captivi-

REGVM.

tas, urbi vero proiectio indicitur. Iosias Aegyptiam
transitu prohibere volens occiditur. Ioachazum
Regem declaratum Aegyptius captivum abducit,
regem constituens Eliaxim eumq; vocans Ioachim,
qui tributum solvit Aegyptio.

24. Ioachim Babylonij tributarius ob
crudelitatem Manassis divexatur à gentibus. Suc-
cedit ei Iehoiachim (qui & Techonias (Is Nabucho-
donosori urbem obsidenti se dedit cum matre & au-
licis. Babylonius anno 8 regni sui, regiam & tem-
plum spoliat, 10000 bellatorum & artificum ab-
ducit, relictis tantum pauperioribus terra. Consti-
tuitq; Sedechiam regem, hominem periturum contra
Babylonium.

25. Babylonio urbem oppugnante Se-
dechias fame compulsus erumpit, & in fuga com-
prehenditur. Filij eius occiduntur, ipse exoculatus
in Babylonem ducitur. Anno 10 Babylonij, Nebu-
zardan Templo & urbe diruta populum residuum
transfert (relictis vinitoribus & agricolis) templi
thesaurum diripit, sacerdotes, aliosq; multos pri-
mates interficit. Populo relicto praeficit Godoliam,
qui dispersos solatur. Sed ab Ismaele & coniuatis
ipsius occiditur. Populus orbatu illo fugit in Ae-
gyptum. Evilmerodach Rex primo anno regno Ie-
choniam in regium thronum collocat, mensq; sua
adhibet.

H J P R E

LIBER I.
PRIMVS LIBER
PARALIPOMENON.

Cap. I.

Recensentur Adæ posterī vsque ad filios Abrabæ. Reges item ac duces Idumeorum eo modo, quo Gen. 5. 10. 12. 25. 36.

2. Israëlis liberi & nepotes ex Iuda vsque ad Dauidem. Cuius sex fratres nominantur, & sorores duæ, Zervia & Abigail. Quarum illa Ioabum, Abisai, & Asaëlem parit: hæc Amasam. Notantur Hezronis posterī. Calebi item (qui fuit filius Ezron) & scribæ Cinei ab Hemath patre Rechabitarum oriundi.

3. Davidis filij ex diversis uxoribus. Genealogia eius per Reges usq; ad Duces, qui fuerunt in captivitate Babylonica.

4. I. nsi gniores posterī Iudæ, in primis p̄ij Calebi familia, & opifices ex hac tribu orti. Posterī Simeon. Hi tempore Hiskie occupant Gedor, propter opima ibi pascua. Nonnulli deletis Amalekitis in montanis Seir habitant.

5. Ruben ob incestum privatur primogenitura, qua partim Iuda, partim Ioseph potitur. Ostenditur, ubi habitarint Gaditæ. Ex Ruben, Gad, & dimidia tribu Manass pugnans, 44760 viri contra Hagaritas, & Deo confisi vincunt

PARALIPOMENON.

cunt, & abducunt ingentem copiam pecorum & hominum. Tandem cum peccarent idolatria, abducuntur à Phul & Thiglat Pilnesser.

6. Censetur familia Levi, præcipue Aaronis posteris. Cantores Davidis de Caath, Heman nepos Samuelis. De Gerson Assaph, unà cum Levitis ex Merari ortis. Vrbes & suburbana Levitis assignata.

7. Posteris Ifaschar tempore Davidis 145600. Notatur tribus Benjamin, Nephthali, Manasse & Ephraim. Ephraimitæ Gethitis armenta abacturi ab iisdem trucidantur. Ephraimum lugentem illos solantur fratres ipsius. Tandem liberos alios procreat. Filij Aser censentur.

8. Copiosior genealogia Beniamitarum, quibus olim sedes erat Ierosolyma & Gibeon. Describitur familia Saul.

9. Qui ex Iuda, Benjamin & Levi habitant Ierosolymis ante exiliū Babylonicū. Quæ officia Levitis à Davide & Samuele assignata fuerint.

10. Bellum Philistinum, in quo Saul occubuit, planè ut & 1. Sam. 31 describitur.

11. Israëlitæ Davidem vngunt in regem in Hebron. David arcem Zion expugnat & edificat. Ioab fit capitaneus, quòd primus conscendisset murum in expugnanda Ierosolyma. Enumerantur heroës Davidis ferè ut 2. Sam. 23, nonnullis tamen additis, nonnullorum nominibus mutatis.

12. Qui

L I B E R II.

12. Qui Heroes ex diversis tribubus ad Davidem in Ziklag venerint. ad unguendum illum coniunt in Hebron (advecto secum alimento) viri ex omnibus tribubus coniunctim ultra 340200.
13. David Arcam Domini tabernaculo illaturus, casu Vzæ percussus relinquit eam in edibus Obededom. vide 2. Sam. 6.
14. Confirmato regno David plures ducit uxores, quarum filij recensentur. Philisteos bis moventes bella bis profligat. vide 2. Sam. 5.
15. David casu Vzæ edoctus, Zadoco & Abiathar, & primarijs Levitis iniungit, ut cum fratribus, quibus præerant, sanctificati arcam tabernaculo recens facto inferant. Quod sit magna cum pompa cantorum, Tripudiantem Davidem ridet Michol.
16. Oblatis sacrificijs & missis muneribus: David per Assaph fratresq; eius celebrari curat Dominus psalmo insigni, cuius 15 versiculi respondent psalm 105. reliqui psalmo 96. Zadocum porro & fratres eius in Tabernaculo priori (quod erat in Gibeon) sacrificijs ritè offerendis relinquit.
17. Congruit hoc caput cum septimo secundi libri Samuelis.
18. Per omnia respondet octavo capiti secundi libri Samuelis.
19. Est eiusdem argumenti, cuius & decimum secundi libri Samuelis.

20. Iacob

PARALIPOMENON.

20. Ioab expugnat Rabba Amonitarum. Regis Corona Davidi imponitur. Amonitis ferris, rastris ferreis & trabibus discerpti. Tria praelia narrantur, quibus singulis occisi sunt singuli gigantes, quorum unus erat frater Goliath.

21. Eadem historia narratur, quæ & 2. Samuelis 24. nisi quod hic additur, cur in arca Arnon sacrificium obtulerit David, & non in tabernaculo Moſis in Gibeon, nempe quia formidine percussus eo usq; ascendere non potuit.

22. David enarrat Solomoni, se ob bella, quæ gesserit, prohibuitur, ne edificaret templum, præparasse autem ad structuram 100000 auri talenta, argenti vero 1000000, æris & ferri copiam inestimabilem. Principes populi hortatur, ut filium Solomonem adiuvent in edificatione templi, & arcam fœderis & vasa Domino sacra infererent. Atq; sic Solomon rex constituitur.

23. Inter 32000 Levitas distribuunt officia, ut 24000 cultum exercerent. 6000 essent præpositi & iudices circa res Leviticas. 4000 ianitores, 4000 cantores. David distinguit Levitas in certos ordines iuxta familias illorum, quæ hic per capita recensentur. Quidam etiam iuniores Levitæ ordinantur, ut sacerdotibus subserviant.

24. Ex stirpe Aaronis 24. familiae & ex his singulari viri sorte describuntur ad obeundam
per

L I B E R I.

per vices Sacerdotium. De posteris Eleazari sedecim: de Ithimar autem octo. Recensentur etiam Levitæ ad munia sorte descripti.

25. Ex tribus familijs Prophetarum, Asaph, Idithum, & Heman deliguntur cantores, ut prophetent in cytharis, psalterijs, & cymbalis iuxta vices, 24, ita ut singulis vicibus delecti cantores cum collegis duodecim præessent Musica.

26. Ianitores Templi designantur. Orientalis custodia Templi Meselemia tributa. Septentrionalis filio eius Sacharia: Australis Obededom. Occidentalis Supim & Hossæ. Abiæ cum collegis concrediti thesauri Templi consecrati Domino à Samuele, Saul, Davide, Abner & Ioab. Chenaias & Hasabia cum collegis 1700 cis Iordanem præsumt cultui. Ieria autem cum 2700 trans Iordanem.

27. Singularum tribuum singuli capitanei cum suis 24000 expeditis ad bellum parati esse debebant sua vice & mense, quoties opus foret dimicatione contra hostes. Recensentur præfecti Oeconomie Davidis in toto regno. Item consiliarij, Ionathan, Iahiel, Abitophel, Chusai, Ioiada, & Abiathar. Princeps exercitus Ioab.

28. David in comitijs enarrat Israëli, quo pacto tribus Iuda, & in hac ipse & filius Solomon ad regnum electus, & cur non ipse, sed Solomon templum excitare debeat. Ad obsequia Dei igitur tum Israëlem tum Solommem hortatur, ideam
edifi-

PARALIPOMENON.

edificij sibi revelatam dat Salomoni, & materiam
omnis generis, exhortans filium & Dei auxilium
promittens.

29. Pergit exponere, quàm variam ma-
teriam pro varietate vasorum conficiendorum con-
tribuerit, quodq; de suo peculio det 3000 talenta
auri, & 7090 argenti. Principes admoniti prom-
ptè offerunt multa millia talentorum auri, argenti,
æris, ferri, gemmas item sub manus Iehielis. David
celebrat Dominum, quòd ipsius sit regnum & glo-
ria, & quòd que contulerint, iam antè ex ipsius
manu tanquam in terris peregrini acceperint. Orat
Dominum, ut Primates in hac pietate seruet, &
Solomonem ad præcepta sua inclinet. Post sacrificia
offerunt, convivantur & letantur. Solomon rex im-
gitur. David moritur. Reliqua ipsius gesta descri-
pta sunt à Samuele, Nathan, & Gad.

LIBER SECVNDVS

PARALIPOMENON.

Cap. I

Solomon cum Optimatibus mille holo-
causta offert in altari Domini, quod erat in Ta-
bernaculo Moïsis in Gibeon. Arca fœderis autem iam
erat Ierosolymam translata in tabernaculum à
Davide paratum. Solomoni petenti sapientiam Deus
divitias & gloriam insuper confert, ita ut aurum
& argentum copiam lapidum æquaret. 2. Est

LIBER II.

2. Est eiusdem argumenti cum quinto capite primi libri Regum.
3. Aedificatur templum in monte Morija in arca Arnon. Altitudo Templi erat 120. cubitorum. Intrinsecus obducitur auro. Ad deaurationem sancti sanctorum insumentur 600. talenta auri. Descriptio duorum Cherubin, duarum columnarum aenearum, de quibus & 1. Reg. 7.
4. Paratur altare holocausti, mare fufile impositum bobus duodecim, decem lebetes, decem candelabra, totidem mensae, aeneae pelues, caeteraque vasa templi, de quibus 1. Regum 7.
5. Quae David Domino consecrarat, inseruntur templo. Arca Domini ex civitate David in templum per Levitas portatur infra alas Cherubin. Egressis sacerdotibus, psallentibus cantoribus. & 120 sacerdotibus tuba clangentibus ac celebrantibus Dominum, quod bonus esset & misericordia eius in aeternum duraret: repletur domus nebula, ita, ut praegloria Domini stare ad serviendum Sacerdotes non possent.
6. Describitur hoc capite precatio Solomonis proluxa, plane ut & 1 Reg. 8.
7. Finita precatio ignis caelitus delabens absorbit victimas, & repletur templum gloria Domini. Offeruntur 22000 boues, 10000 oves, & celebratur Dominus psalmis Davidis. Encenia septem diebus celebrantur, Dominus promittit exauditionem

P A R A L I P O M E N O N .

auditionem eo in loco precantium. Ambulanti So-
lomon in via Davidis perpetuum regnum: aversis
autem exiliam templiq. subversionem indicit.

8. Rex urbes sibi ab Hiram Rege tra-
ditas munit. Chananeos subicit tributo & on-
eribus. Reginam ex arce David in aulam novam
transfert, & porro iuxta legem statis temporibus
offert. Sacerdotes, Levitas, & Ianitores ad sua
munia disponit, iuxta ordinatione impaternam. Pe-
nesicio nautica ingentem acquirit copiam auri ex
Ophir.

9. Historia de regina Saba ex 1. Reg. 9.
hic repetitur. Solomon moritur. Reliqua gesta
ipsius extant in Chronicis Nathan, Gad, Abia &
Ieddi.

10. Notatur Rehabeami stolidum re-
sponsum datum populo, ex quo defectio 10 tribuum
secuta, vide 1. Reg. 12.

11. Rehabeam prohibetur Israelitas bel-
lo subiungere. Munit urbes tribuum, quibus impe-
rabit Iuda & Benjamin. Sacerdotes & Levitæ
Ierosolymam veniunt pulsi à Ierobeamo, qui alios
in ministerio destinavit. Multi pij ex toto Israële se
aggregant cultui vero & confirmatur solium Re-
habeami, qui præ cæteris conjugibus diligit Maë-
chan, & huius filium Abiam heredem regni de-
stinat.

12. Peccante Rege & populo, Aegyptius

L I B E R II.

Innumero milite contra eum ascendit. Sed ad contumaciam Semaia resipiscens non delentur. Subiiciuntur tamen Aegyptio, qui scuta aurea Solomonis aufert, quibus substituuntur anea. Rehabeam moritur. Cetera gesta eius leguntur in historia Semaia & Iddo. Succedit Abia filius.

13. Abia dimicaturus cum Ierobeamo, exercitum conscribit 400000 militum. Ierobeam autem 800000. Abia de montanis Ephraim ad hostes ait, deseruisse illos domum Davidis à Domino electam, proiecisse cultum, expulisse sacerdotes Aaronis posteros, ideo cum pessimam causam foveant, iubet illos desistere. Se d illi non parent. Itaq, Abias Dominum invocans sacerdotibus tuba clangentibus vincit, & 500000 Israëlitas fundit, vrbes Bezel, Iesana & Ephron subiugat. Reliqua de eo vide in historia Prophetae Iddo. Abia mortuo succedit Assa.

14. Assa demolitur excelsa, statuas & lucos. Domino pacem largiente munit civitates. Infructus 580000 militib, contra 1000000 milites Regis Aethiopiae victoriam precibus impetrat, usq, ad internecionem usq, fufis, cum multa praeda victor vedit Ierosolymam.

15. Asaria Prophet a regi & populo Dominum quærentibus presentiam ipsius promittit. Rex cepta in reformationem absoluit. Plurimi Israëlita aliarum tribuum adiungunt se Assa, iuran-

P A R A L I P O M.

des in syncerum cultum. Assa idolatriam matris exa-
tirpat. Quadam excelsa relinquit, sed tamen cor
eius rectum est cum Domino.

16. Assa ope Benadadi conatus Baesae
eludit. (1. Reg. 15) Reprehensus ab Hanani Pro-
pheta in carcerem eum compingit. Pedibus agro-
rans plus fidit medicis, quam Domino. Mortuus se-
sepelitur splendide.

17. Iosaphat Rex invalescit contra Is-
raël. Ambulat in vijs Domini, abrogat idolatriam,
librum legis populo proponi curat. Philistaei dona illi
offerunt. Arabes 7700 arietes, ac totidem hircos.
Instructus erat munitionibus, frumentis, & mili-
tibus 1160000.

18. Narratur bellum contra Syros in Ra-
motb Gilead infeliciter gestum, plane vt & 1. Re-
gum 22.

19. Iehu filius Hanani reprehendit Iosa-
phatum, quod iuisset Ahabum impium. Reforma-
tionem ceptam continuat rex. Iudices oppidatim
constitutos ad Dei timorem hortatur. Sacerdotes
item & Levitas, vt populum fideliter erudiant.

20. Reges Ammonitarum, Moabitarū,
& de montanis Seir expeditionem suscipiunt contra
Iosaphatum. Is indicens ieiunium, coram populo
DEI opem implorat, admonens illum priorum
liberationum, promissae exauditionis, & ingrati-
tudinis earum gentium, quibus olim Israëlita pes-

LIBER II.

percerint. Domino per Iehasielem victoriam pollicente, Iosaphat Dominum psalmis celebrari curat. In hostium castris mutuis cadibus omnia replentur. Iosaphat victor redit Ierosolymam, celebrans & laudans Dominum. Reliqua ipsius gesta à Iehu sunt annotata in libro Regum Israël. Nauticam exercet infeliciter unâ cum Ahazia impio, & ab Eliezer ereprehenditur.

21. Iosaphato succedit Ioram filius, qui fratres omnes interficit, ductâq; Ababi filia socii impietatem sequitur. Deficiunt ab eo Edomita. Elias literis illum increpat: quia non ambularet in viis Iosaphat & Assa, & fratres interfecisset: ideo illum intestinorum morbo periturum. Philistaei & Arabes thesauros, regis filios & uxores abducunt, superstite solo Ioachaz (qui & Ahazia) Tandem viscerum morbo Ioram moritur.

22. Ahazia rex factus viam Domus Ahab sequitur. Cum Ioramum vulneratum inviseret, interficitur à Iehu. Sepulchro tamen infertur, quod pij Iosaphati fuisset nepos. Athalia filium suum occisum videns, omne semen regium interficit, praeter Ioas, quem Iosubed Abasie soror in domo Domini per sexennium educari fecit.

23. Repetitur huc ex 2 Reg. 11. historia, quomodo Ioas puer rex creatus sit.

24. Ioas pie imperat, dum vivit Iojada. Templi ruinas instaurari precipit. populo & optimatibus

P A R A L I P O M.

matibus liberaliter contribuentibus instauratur do-
 mus Domini. De reliqua pecunia vasa templi fiunt.
 Iorada natus annos 130 moritur & infertur sepul-
 chro Regum. Rex a principibus idolorum cultum
 sibi persuaderi patitur. Reprehensus à Zacharia
 filio Ioradae, lapidari eum curat Syri depraedantur
 Ierosolymam. A servis suis Sabad & Iosabad occi-
 ditur Rex, & sufficitur illi Amasias filius.

25. Amasias regnat mediocriter, occidit
 patris sui occisores, filijs eorum parcens. Delectu
 militum habito ex Iuda colligit 300000, centum
 autem talentis argenti conducit ex Israël 100000,
 quos cum admonitus à propheta dimittit, & nubi-
 lominus Edomitas vincit, 10000 occidit 10000 praes-
 cipitantur de petris. Reversus idola Edomitaram
 colit, admonitus etiam non desistit. Quam infelici-
 ter cum rege Israelis depugnavit, & hic, & 2. Re-
 gum 14 legitur.

26. Vzias benè imperat, viuento Zacha-
 ria, vincit Philistaeos aliosq; populos. Munit urbes,
 fodit fontes, gaudet pecuaria & agricultura, in
 primis autem re bellica. Cum adoleret thymiam &
 ob id reprehensus sacerdotibus obmurmuraret,
 lepra percutitur, & seorsim habitat. Reliqua eius
 acta descripsit Propheta Esaias.

27. Iothan filius Vziae regnat piè, nisi
 quod excelsa tolerat. Ammonitae subacti, solvunt
 ei 100 talenta argenti, 10000 coros tritici, totidem

1 3 bor.

LIBERTI.

bordei, Iothan piè ambulans sumit incrementa.
Huic mortuo succedit Ahaz filius.

28. Ahaz colit idola gentium, filium per ignem ducit, & passim offert. Ideo ipse & populus traditur in manus Syrorum & Pekæ regis Israel, qui in Iuda occidit 120000, captivos abducit 200000. Suasu Prophetæ Obed Israëlitæ captiuos vestibus indutos dimittunt. Edomita, Philistæi & rex Assyria, cuius opem antea implorauerat Ahaz, affligunt regnum Iuda. Ahaz, diripiens vasa Templi varias inde aras idolatricas extruit.

29. Hiskias filius Ahaz vijs Davidis insistens Sacerdotibus & Levitis edicit, vt è templo omnia inquinamenta (ob quæ Dei ira prius exarserat) rejiciant. Sanctificat à domo Domini Rex eam sacrificijs initiari, usq; Israelem Deo reconciliari curat, omnibus interea cymbalorum, cythararû ac tubarum concentu iuxta dispositionem Davidis per sonantibus, donec compleretur holocaustorum oblatio. Deinde decantantur psalmi Davidis & Assaph. Offeruntur Eucharistica, & Levitæ iuvant sacerdotes in excoriandis victimis.

30. Hiskias literis hortatur vniuersos Israëlitæ, vt conuersi ad Dominum vnâ cum virgine Iuda Pascha celebrent. Sed pleriq; Israëlitæ rident cursores regios: nonnulli tamen ex tribubus comparent Ierosolymis, inter quos cum aliqui essent immundi, nihilominus edunt pascha, orante pro
illis

PARALIPOMENON.

illis rege, & festum penè inaudita solennitate celebratur.

31. Israëlitæ qui erant in vrbibus Iuda, demo liuntur excelsa, lucos statuas. Rex distribuit officia in templo, contribuit necessaria ad sacrificandum, cuius & exemplum & exhortationem sequitur populus, tanq; ex primitijs ac decimis colliguntur acervi, vt ultra victum Levitarum superfit eis, quod in repositorijs asseruatur. His proventibus proficiuntur quæstores, qui Levitis & Sacerdotibus inde victum suppeditent. Sic Rex piè omnia iuxta legem disposuit.

32. Hiskias metuens sibi ab obsidione Assyrii, fontes occultari facit extra urbem. Post solatus populum ait, à suis partibus stare potentior, quàm à partibus Assyrii. Compendiosè narrantur blasphemie Sanherib & seruatorum eius, & quomodo hi ad preces Hiskie & Esaie sint profligati. Hiskias egrotans sanitatem impetrat. Peccat elevatione animi, sed respiscit. Felicitas ac diuitiæ eius recensentur. Reliqua ipsius acta in visione Esaie & libris Regum extat.

33. Manassis historia narratur, vt & 2. Reg. 21. Additur autè hic, quod captiuus ductus in Babylonem resipuerit, & peccatorum veniam sic consecutus. Rediens Ierosolymam, eiectis idolis solum Deum colit, & subditis verum cultum imperat. Reliqua eius acta extant in libris videntium.

LIBER. II. PARAL.

Amon succedens patris impietatem imitatur non conversionem. Interficitur à ministris. Quibus rursum occisis, populus Iosiam filium regni facit.

34. Iosias colit Dominum, demolitur excelsa, idola comminuit, cinerem eorum super sepulchra idololatrarum spargit. In toto Israëlè idololatriam abrogat. Templi ruinas instaurari facit ex pecunijs per Levitas congregatis, quae dabantur quæstoribus, & per hos opificibus. Librum legis repertum mandat populo prælegi, totumq; Israëlè a Deum convertit.

35. Iosias injungit Levitis, ut arcam templo inferant, & cultui invigilent. Dat populo agnos, aliaq; ad festum necessaria, & celebrat phase solennitate multis seculis inaudita. Aegyptium contra Assyrios Dei nutu egressum prohibiturus, & admonitus etiam desistere nolens occiditur, ac Ierosolymam perlatus sepelitur, plangente toto Israëlè & Propheta Ieremia.

36. Ioachan tribus mensibus regnantem Aegyptius, Ioiakin Babylonius abducit. Ioiachin succedens itidem abducitur, & spoliatur templum. Regnat Sedecias in Deum & Ieremiam impius, & Babylonio periturus. Qui cum Prophetarum monita sperneret, Babylonius Dei permisso iuvenes occidit, vasa templi transfert, templum & urbem vastat, reliquos in exilium 70 annorum ducit. Primo anno Cyri Deus spiritum eius excitat,

ut

LIB. E S R A E.

ut Iudæis & redeundi in patriam & edificandi
templi copiam faciat.

LIBER E S R A E.

Cap. I.

CYrus Rex persarum publicè procla-
mari curat sibi à Deo cœli iniunctum, ut e-
desicet templum Domino. Precipit ergò subditis,
iuvent Iudæos, & ad structuram templi contribuunt.
Optimates tribuum Iuda & Benjamin unâ cum
sacerdotibus & Levitis redeunt, & Cyrus restituit
vasa aurea & argentea 5400, quæ Nabuchodono-
sor transtulerat.

2. Iudæi, qui redierunt in terram, re-
censentur iuxta familias & loca ab ipsis vel illo-
rum maioribus prius inhabitata, 42360. Ad tem-
plum reparandum contribuunt drachmas 6000,
valentia argenti 5000, & vestes Sacerdotales cen-
tum.

3. Iesua & Zorobabel restaurant altare
holocausti, celebrantq; festum tabernaculorum ob-
latis iuxta legem victimis. Pecunijs conducuntur
opifices ad structuram templi, advehuntur ligna
Cedrina de Libano. Levitæ instant, ut maturetur
opus. Posito fundamento, sacerdotes tubis, Levitæ
cymbalis decantant psalmos Davidis. Qui viderant
primum templum stebant, alij iubilabant.

LIBERAE.

4. Samaritani à Societate ædificandi Templi repulsi impediunt opus, & corruptis quibusdam Cyri consiliarijs, postmodum suis ad Regem literis instaurationem urbis inhiberi petunt, obzendentem eam antiquitus rebellem regibus semper fuisse, & metuentam, ne si instauretur, omne Tigalcis flumen ad se rapiat. Edicto Regis igitur interrumpitur ædificatio vsque ad secundum annum Darij.

5. Vaticinantibus Haggæo & Zaharia populus ædificare pergit. Thathnai præses scribit ad Darium, quomodo iudei reparent domum Domini pridem à magno Rege conditam, ob peccata populi autem à Nabuchodonosore destructam. Quia igitur iudei dicant à Cyro hanc sibi potestatem factam, qui etiam vasa olim ablata restituerit. ideo petit præses, ut Darius visis annalibus decernat, num illis concedenda sit ædificatio.

6. Darius annalibus inspectis renouat mandatum de reparando Templo, & præcipit vt iuuentu. Iudei, vt victimas offerre possint. Deo pro vita Regis. Suspendium minatur turbatoribus operis. Itaq; templi ædificium sexto Darij anno absoluitur. Celebrantur Encœnia, deinde Phase.

7. Artaxerxes Esræ scribæ & Iudæis cæteris potestatem facit redeundi in patriam, ædificandi Templum, exercendi religionem, & ad cultum conferendi pecuniam ex toto regno per liberam

contris

LIBERESRAE

contributionem contractam, quae si non sufficiat, promittit Rex sumptus ex fisco regio. Personas cultui destinatas liberas ab oneribus pronunciat. Esra iniungit, ut iudices deligat in terra. Pro quo beneficio Esras Deo gratias agit.

8. Circiter 1496. ascendunt cum Esra. Quibus se, hortatu Esra adiungunt 258 Levitae. In dicto ieiunio orant Deum, ut salvi perducantur Ierosolymam. Non enim audebat petere Esras à Rege comitatum, ne videretur Deo suo diffidere. Esras 650 talenta argenti, auri vero 100, vasa item aurea argentea, & aere dat Sacerdotibus. H. (postquam tuto veniunt Ierosolymam) tradunt ea Mercatoribus & collegis. Offerunt victimas Deo, & diploma regium tradunt praesidibus.

9. Esras audiens Iudaeos nuptiis gentium contaminari, scissis vestibus prolixè confitetur peccatum populi, & iram Domini clementer averti petit.

10. Sic orante & lachrimante Esra Seebenias nomine populi fatetur, impè à se factum, quòd Ethnicas duxerint. Monet igitur Esras, ut confessi peccata Domino, Ethnicas uxores dimittant. Itq; sic legitimè per Iudice. Enumerantur, qui ex sacerdotali genere duxerint alienigenas, quas rursus dimittere coacti fuerint.

LIBER

LIBER NEHEMIÆ.

Cap. I-

Nehemias pincerna Regis Artaxerxis percepto misero statu Iudeorum in Iudæa agentium, orat ad Dominum, & fassus hæc ex iusta Dei ira accidere, admonet Dominum promissi de reducendis Israelitis, si ad plagas cæli dispersi resipiscant.

2. Nehemias à rege tristitiæ causam querente impetrat, ut sibi in Iudæam profecto urbem muris cingere liceat. Rex literis mandat profectis, ut incolumen illum deducant. Saltuario autem, ut ad ædificationem palatii murorum urbis, & privatam domum Nehemie det ligna. Nehemie hortatu Iudæi instaurant muros & portas, deridentibus illos Samaritanis.

3. Enumerantur, qui quibus in locis laborarint in instauracione murorum & portarum.

4. Saneballat & Tobias virulenter rident conatum Iudeorum. Dimidia parte murorum absoluta: Samaritani, Arabes, Ammonite & Asdodite cogitant laborantes opprimere, & opus impedire. id consilium in nihilum abit, dum audiunt ad arma se parare Iudeos. pergunt igitur Iudæi una manu laborantes, altera tenentes arma. Buccinatorum constituit Nehemias, qui si res posceret, ad arma convocaret.

5. Famis tempore pauperes contra di-

biorum

LIB. NEHEMIAE.

tiorum immisericordiam conqueruntur. Nehemias increpat divites, quod scenore premebant pauperes & edicit, ut restituant scenus, excussoq; sinu imprecatur, ut à Deo excutiat, quisquis non obtemperet. Nehemias factus Iudææ præfectus non gravat populum Rege illi unâ cum 150 commensalibus victum suppeditante.

6. Hostes Iudæorum sub amicitia prætextu ad se evocant Nehemiam in Ono. Qui cum venire recusaret, Saneballat literis indicat, spargi de Nehemia, quod extructis muris à Rege Persarum deficere & à prophetis Rex salutari velit. Nehemias hac confutans pergit in opere. Samaritanam falsos Prophetas conducunt qui terrorem Nehemiae incutiant. Sed ille muros absolvit, ne quidem suorum proditiombus deterritus.

7. Nehemias portas serò aperiri, & mature claudi præcipit, vigiles civitatis constituit. Summa totius populi reversi est 42360. Quidam amissa genealogia sua iubentur abstinere à sacerdotio, donec surgat Sacerdos, habens Urim & Thummim.

8. Esras coram omni populo è cathedra sublimiore distinctè legit librum legis, orante & acclamante populo. Hortatu Nehemie & Esra populus letatur, edit, bibit, & partes mittit egenis. Sequenti die celebrare incipiunt scenopegia, in tabernaculis habitantes iuxta legem Mosi.

9 Isra.

L I B E R. N E H E M I A E.

9. Israëlitæ congregati confitetur sua
& suorum maiorum peccata, retexunt beneficia
Domini præstita in Ecclesia Patrum, in Aegypto, ad
mare rubrum, in deserto. Predicant in primis,
quod quamuis Patres fuerint præfracti, Dominus
tamen beneficijs illos cumularit, subijciendo illis po-
pulos, regna, vrbes, conferendo omnis generis bo-
na in terra. Pro quibus parum grati Prophetas oc-
ciderint, & traditi hostibus rursumq; liberati sem-
per redierint ad ingenium. Fatentur ergo peccata
Maiorum, & sua. Orant, vt Dominus, cum quo fir-
mum fœdus ineant, presentem statum seruilem po-
puli clementer mutet.

10. Recensentur signatores fœderis. To-
ta multitudo iurat, quod velit obedire Deo, vitare
nuptias gentilium, observare sabbatum. Promit-
tunt annuatim singuli ad cultum tertiam partem
fidei, & ligna accendēdis victimis, primitias autem
& primogenita Domino, & Levitis, decimas.

11. Decima pars populi habitat in Ieru-
salem, reliqui in cæteris oppidis.

12. Ostenditur, qui Sacerdotes & Levi-
te cum Zorobabel & Iesua ascenderint. Ad cele-
branda Encœnia convocantur Levite & cantores.
Hi distinguntur in duos choros laudantes in pro-
cessione Dominum, iuxta ritum Davidis. Deinde
offeruntur sacrificia. Ordinantur curatores Gazo-
phylazierum, in quibus reponebantur leuande pri-
mitiis

LIBER NEHEM.

titia ac decima Levitis ac sacerdotibus distribuenda, quas libenter contribuunt Iudaei.

13. Cum legeretur in libro moſis, Ammonitis & Moabitis nunquam patere ingreſſum in domum Domini: Nehemias Tobiae materiam omnem ſacrificio deſtinatam è Gazophylacio proiecit. Cum Levitae & cantores ob non datas ſibi decimas laboribus ruſticis incumbere: Nehemias decimas illis dari curat, earumq; diſpenſatores conſtituit. Sabbathum violari dolet Nehemias, portasq; Sabbatho claudit. Propolas extra urbem Sabbatho vendentes minis deterret. Punit etiam Iudaeos ducentes alienas, & periculum ſeductionis oſtendit ab exemplo Solomonis.

LIBER ESTHER.

Cap. I.

Aſuerus 127 provinciarum Rex conſortium tum Satrapis Perſarum & Medorum tum incolis Suſorum apparato gloriam ſuam oſtendat. Fulgent omnia incredibili ſplendore. Vaſthi Regina conuiuat cum feminis. Quae cum à Rege vocata venire negligeret: de conſilio Principum & maieſtate, & Regis connubio priuatur, idq; publicè promulgatur, ut hinc caeterae mulieres diſcant ſuos maritos colere.

2. Suaſu aulicorum paſſim quaeruntur virgines

L I B E R

virgines, ut ex ijs deligatur Regi futura coniunx.
 Esber Eurucho Hagat adducitur, qui ad eam se-
 ptem pedisequas. Hac iussu avirculi Mardochei
 dissimulat genus suum. Cum itaq; virgines mun-
 datae ornataeq; ordine adducerentur ad Regem,
 Rex diadema imponit Hadassae, & fiunt nuptiae.
 Mardocheus insidias Bagathan & Thares aperit
 Reginae, hac Regi: & utiq; suspenditur. Quod in
 annales refertur.

3 Hamano Agagitæ supra cunctos prin-
 cipes evecto Mardocheus detrectat genua flectere.
 Haman iudeos omnes exitio destinat, persuadens
 Regi, ut eum populum legibus & moribus intole-
 rabilem deleri curet. De cuius bonis vellet ipse 10000
 talenta argenti inferre fisco regio. Literæ igitur
 sub Regis sigillo promulgantur passim, & exem-
 plar Susis affigitur. Turbat ur hinc civitas, Rege in-
 terim & Hamano potantibus.

4. Mardocheo in cinere sedenti vestes,
 alias induendas mittit Regina. Quas ille recusat
 induere. Per Atachum diploma mittens orat Regi-
 nam, ut intercedat pro salute populi. Etsi autem
 Regina initio id sine grandi periculo fieri non posse
 obtendit (cum nemini non vocato liceat ad Regem
 ingredi, ipsaq; triginta dierum spatium vocata non
 fit) tamen Mardochei secundis precibus annuit, ac
 precipit iudicio solenni ieiunio sibi felicem à Deo
 successum impetrari.

5. R-

ESTHER.

5. Regina culta regem adit. Qui sce-
ptri signo immunitatem spondens ab eadem voca-
tur unâ cum Hamano ad prandium. In conuiuio
iussa exponere quid peteret, Regem & Hamanum
ad sequentis diei conuiuium invitat. Haman di-
gressus vidensq; ad suum conspectum ne moueri
quidem Mordochæum, omnem suam gloriam hinc
contaminari ratus, de consilio amicorum patibu-
lum 50 cubitorum ei parari precipit.

6. Rex in somnem noctem traducens
ex annalium lectione beneficij à Mardochæo præ-
stiti recordatur. Hamanum (suspendium Mardo-
chæo molientem) consulit, quomodo honorandus
sit is, quem Rex honoratum cupit. Is talem equo
regio impositum & diademate fulgentem à pri-
mario Satrapa circumduci suadet. Haman id in
Mardochæo exequi cogitur. Amici hinc ruinã Ha-
mano ominantur. Mox vocatur ad prandium Regine.

7. In conuiuio Regina sibi suoq; popu-
lo proscripto parcere perit. Rex percussus & de Ha-
mani perfidia certior factus plenus furore surgit:
rediensq; videt Hamanum pro vita sua sollicitare
reginam. Quod aliter interpretatus Rex, & ex
Harbona de cruce parata Mardochæo cognoscens,
mox Hamanum in eadem suspendi mandat.

18 Regina traditur domus Hamani.
Mardochæus in locum Hamani surrogatur. Regi-
na retractationem edicti Hamani impetrat, &
sub sigillo Regis promulgantur literæ, Iudæi se
vindi-

LIB. ESTHER.

vindicent de suis hostibus. Mordochæus regalivo
ritu induitur. Iudæis nova lux oritur.

9. Iudæi occidunt hostes, decem quoque filios Hamani, qui rogatu Regina suspenduntur. His ita perfectis, insequens dies 14 mensis Adar in solenne festum consecratur, & dies fortunam dicitur. Cuius annuam observationem confirmant Regina & Mordochæus missis in provincias literis.

10. Acta Regis & Mordochæi gloria descripta extat in Chronicis Regum Persarum & Medorum.

LIBER IOB.

Cap. I.

Iob pietate & divitijs inclytus offert Domino pro liberis secundum vices conuiuia agitantibus. Satan pietatem Iobis extenuat, quod Dominum rebus tantum secundis timeat: impetrat igitur potestatem in fortunas Iobis. Iob de iumentis abductis, ouibus & servis cælesti igne absumptis, camelis abactis, liberis ruina ædium oppressis cognoscens, ait: nudus egressus sum de utero, nudus etiam revertar. Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.

2. Satan inconcussam Iobis pietatem Deo commendari audiens, impetrata potestate vlceribus

LIBER IOB.

ceribus eum affligit. Iob irrisus à coninge respon-
det: Si bona suscepimus de manu Domini, mala
cur non sustineamus? amici Iobis veniunt solaturū
eum, & scisis vestibis sortem eius deplorant.

3. Iob diem nativitatē optat perpetuis
inuolui tenebris. Optat se vel in vtero mortuum,
uel ut abortum proiectum, ut esset in loco quietis,
in quem migrant pusilli & magni. Deplorat vitam
dari erumoso, qui mori gestiat, & mortem vel ex
abscondito eruere cupiat.

4. Eliphaz præfatus, Iobem multorum
manus genuaq; consolidasse, nunc in propria an-
gustia reddi pusillanimum: subiungit, non inno-
centes, sed eos, qui serunt dolores, messuisse illos.
Ait sibi quietis tempore revelatum, neminem Deo
iustiorē, qui cum in suis nuncijs inueniat, quæ
reprehendat, multo minus innoxium censerī ho-
minem vermibus absumendum.

5. Pergit contendere, non sanctos, sed
stultos deleri. Interire progeniem eorum & bona
diripi. Nasci hominem ad fortunium, ut avem
ad volatum. Deum a. facere mira, dare plui-
am, exaltare humiles, prudentum & in paupe-
res consilium subvertere beatum esse, qui fert do-
minum, vulnerantem, ut sanet. Proinde solatur Io-
bem, quod ex malis sex, septemue Deus eum sic
liberaturus, data pace habitaculo eius, ut visis
posteris pacifice moriatur.

LIBER IOB.

6. Iob confert suam ærumnam arenæ maris, sagittas Dei sibi infixas dicens, quæ spiritum suum exhauriant. Ait se edere, à quibus prius abhorruerit. Optat manu Dei conteri. Non sibi aream inquit esse virtutem, vt sustineat. Se ope destitui, etsi non abnegarit verbum Dei. Amicis interitum ominatur, quòd cum non vocati sub consolationis prætextu venerint, pusillanimum illud tenent reddere. Sibi potius loquenti attendant.

7. Homo (inquit) in iugi est malitia, quietem appetens, vt operarius umbram. Multas sibi noctes iusomnes abijisse, vt nunc diem nunc vesperam desiderarit. Dies suos ceu naviculam textoris transijisse. Memento, inquit, viam meam esse ventum. Ideo ex toto affectu loquar: Num basena sum, quòd me sic concludis? nec dormienti requiem concedens? Suspendium appetit anima mea. Sine, saluam glutiam? peccaui, o custos hominum, cur non auferis iniquitatem meam, vt abeam, & amplius non sim hic?

8. Docet Bildad, Deum non iniuste iudicare. Si filij Iobis ob peccata sint proiecti, tamen Iobis respiscētis tabernaculū instaurādū. Ex his florij patrum liquere, hypocritas vt gramen arescere, spem illorum araneæ esse similem. Si radices agant, subito tamen illos perire. Deum enim nec trueri impios, nec abijcere pios. Hæc perpendat Iob, donec impleatur gaudio, & tabernacula horum flum subvertantur.

p. Fateo.

LIBER IOB.

9. Fatetur Iob, Deo nec ad mille vel unum responderi nec resisti posse: qui montes & regiones transferat, solem & stellas obsignet, caelum condat & austru sidera, cui non possit dici, quid facis? Itaque oportere se pro suo iure supplicare. Orantem se non audiri, nec requiem sibi dari. Cum Deo contendere se non posse, quod occidat pios & impios, & illudat miseris innocentum. Dies suos confert cursori, naui, & aquila volatui. Ait se non posse obliuisci suae miseriae, cum sciat, se licet manus purget, caeno tamen iterum immergi.

10. Vitae pertaesus petit sibi parci, & reuelari causam tanti mali: cum Deo constet, quod impius non fuerit. Sperat Deum plasmatis sui fore memorem. Rursum queritur, se neque, si impius sit, manere impunitum: nec si pius sit, audere caput attollere, sed à Deo ut leone agitari, sibiq; cumulari mala. Ideo optat se ex utero non produisse, & dolet se ne quidem respirare posse, priusquam descendat in regionem caliginis.

11. Zophar ostensurus, impiè hæc dici, asserit Iobem maiores etiam poenas meritum. Monet ne praesumat scire quae Deus scit, qui altior, profundior, longior & latior sit summis & infimis. Quae si destruat, quis tentet interpellare? Huic notam esse improbitatem impij. Si Iob resipuerit, felicitatem eius emerfuram, ut meridiem, impioo quam autem spem vanam esse.

LIBER IOB.

12. Iob arrogantiam amicorum ridet, & quia irrideant miserum, monet, cogitent, Deum audire miseros, si irrisi clament. Inepie illos ait de Dei potentia declamare, cum iam ante ex verum tum creatione tum conservatione pateat, ipsum potenter ac sapienter omnia disponere, exiccare terram, aut cluionibus euertere, Iudices & sacerdotes infatuare, regum tyrannidem dissoluere, contemptum effundere super principes, abscondita pandere, gentes vel dilatare, vel subvertere, cor principum auferre, vt palpent quasi in tenebris.

13. Hæc (inquit) expertus tam scio quam vos vani estis medici. Num Deum mendacis vultis defendere? Quin arguet vos, memoriãq; vestram in cineres rediget. Cur absumo carnem meam, cur de vita semper dubio mori non licet? Sed arguam viam meam, & ipse erit mihi Salvator, & iustus inueniar. Peto: ne formido tua me terreat, & vt respondeas, ob quæ peccata me vt hostem tractas? folium & stipulam persequeris, consumpturus ob peccata adolescentiæ, hominem mortalem instar cadaveris absumentum.

14. Homo brevi viuít tempore, cadit vt flos, fugit vt umbra, terminum transilire non valens. Arbor succisa pullulat: at homo mortuus non redit, quàm diu cæli durant. Cur igitur cum eo litigas, cum neminem mundum esse confet? Vtinam in inferno abscondar, donec me co-
pus

LIBER. IOB.

pus manuum tuarum) denuò alloquaris, demissis peccatis, que signasti in fasciculo. Ut montes senescunt, sic & homo, qui dum vivit, miser est, cum moritur, obliviscitur sortis filiorum suorum

15. Eliphaz sermonem Iobis ut inflatum, expertem pietatis, quo damnet ipse, reprehendit, addens hæc: Tu solus sapias? Quid tibi vis, quod Deo resistens talia profundis? Nam cum sancti eius ipsiq; cæli coram illo non sint mundi, quanto minus homo, qui peccatum velut aquam hausit? Attente, docebo te sapientiam patrum: Impius quævis etiam turâ metuit, quia Deo repugnat. Pinguis est aliquandiu, sed non dilatabit se in terra, flamma vorabit frondes eius, abijcietur ut labrusca, & quia parturit iniquitatem, laborem pariet.

16. Respondet Iob: Estis intempestivi consolatores & anxios. Quid te cogit superba loqui? Utinam meo loco essetis, subsannarem & ego vos. Sed quid agam? Seu loquar seu sileam, dolore totus contabesco. Eum argent inimici, dentibus, oculis & ore minantes. His me obiecit Deus, qui prehensum confregit, & ut gigas irruit in me. Cornu meum in pulvere iacet, præ fletu facies intumuit innoxia. Causa mea in terrâ obruatur, precor: irrisorum iniuriam Deo conqueror. Utinam liceat Deum (ut hominem) in ius vocare. Sed perij, præsto adest, ut vadam & non reverbar.

K 4

17. Sic

L I B E R I O B.

17. Sic exhaustus sum vt præter sepulchrum nil superfit. Vulgi fabulam me fecit Dominus. Caligant oculi, membra sunt vmbrae similia. Mirabuntur ob hoc iusti: vitam tamen suam seruabunt. Advertite ô stolidi: Dies mei abierunt, & in noctem mihi sunt versi. Si expectem, infernus tamen erit mihi domus, pater corruptio, & vermes mater & sorores meae

18. Respondet Bildad: Quamdiu iactabis verba? an pro bestijs nos habes, aut rumpi vis præ malitia? an putas, te sublato terram vacuum fore? nonne lux impij extinguetur? laqueo captus vndiquaq; terrebitur: Calamitas adhaerebit ei, concidet spes, & Tabernaculum eius spoliabitur, peribit ei messis & radix, morietur orbis & inglorius, ut cum stupore dicatur: En hac domus eius, qui Deum contempsit.

19. Iob vicissim: Quid, inquit, afflictum me affligitis? Si erro, mihi erro. Cognoscite tandem Deum iniquè me tractare. Invocantem non exaudit, gloriam & spem meam radicitus euellit, pro hoste me habet. Ita despectus sum, vt nec propinqui allioquio, nec serui responso, nec liberi obsequio me dignentur. Pelli meae adherent ossa. Misereamini mei, ô amici, quia manus Domini tetigit me. Utinam querela meae stylo sculpantur, ferreo. Verantamen viuit Redemptor meus, & die vltimo resuscitatus in hac carne videbo Deum. Quare me insectamini? Metuite gladium irae Dei & iudicium ipsius.

20. Re-

LIB. IOB.

20. Respondet Zophar: Non possum, quin respondeam, quæ spiritus intelligentiæ meæ dicat. Nescis hypocritam, si vel in cælum peruen- gat, ut somnium evanescere? liberis eius ad men- dicitatem redactis. Etsi dulcia sunt oris eius, quæ fraude paravit: tamen quia lethale venenum hausit, opes suas rursus evomet. Laborabit, & alij potentur, fugiet ab arcu areo, & fulgor gla- dii fugabit eum. Cælum & terra pandent iniqui- tatem ipsius.

21. Iob contra, audite me, inquit. & di- gitis ori impositis attendite: Cur ergo florent im- pij, securi à formidine & flagello Dei? Pecora il- lorum augentur, exultant filij, senescunt ipsi for- tunati absq; terroribus inferni: qui vamen Deum è sublimi despiciant. Sed subito extinguitur lacer- na eorum, ut sint ceu stipula & palea. Quid mul- ta? moriuntur felices & infelices. Novi vestra iudicia contra me, sed non perpenditis, impij cata- mitatem differri in diem exitij.

22. Respondet Eliphaz: Num Deus e- get tua sapientia, aut sibi metuit, ne iniustitiæ abs te conuincatur? Quin ob peccata te affligit. Nam forte immisericors fuisti erga nudos, lassos, famelicos, viduas & pupillos. Ideo te conturbat formido subita. Putas Deum nubium abiectis pro- hiberi, quò minus occulta tua videat ac iudicet? Num sententiam tueris irrisorum Dei? qui tandem pereunt, opibus eorum igni absumptis. Quin tu re-

K 5

sipisce.

L I B R I O B.

spisce, pro tū pulvere aurum accipies. Tum latus
attolles faciem ad Deum. Orans exaudieris, & lux
prælucebit vīs tuis. Humiles enim exaltantur &
liberantur in integritate sua.

23. Respondet Iob : ò liceat invenire
solum Dei, & causam meam agere, dum modo
non vi, sed iure mecum agat. Verum nusquam ille
compareret, quocunq; me vertam. Probet me, & ut
aurum reperiar. Nam à vīs eius non deflexi. Sed,
ut video, pro arbitrio agit omnia. Quæ res cor me-
am percellit formidine,

24. Impij transponunt limites: spoliant
viduas, pupillos, nudos, famelicos : labores im-
ponunt absq; mercede. Manè grassantur latrones,
noctu fures. Adulteri tenebris gaudent, lucem fu-
giunt: bona eorum minuuntur. Ut aestus nivem, sic
infernus abripit peccantes. Memoria impij delebi-
tur. Afflixit enim imbelles & potentes. Ideò licet
securus & elatus sit, tamen vitæ suæ timebit, ac
tandem peribit.

25. Respondet Bildad: Deus est, qui
mundum regit, & angelos concordare facit. Ex-
ercitum eius quis dinumerabit? Qui possit homo
purus esse coram eo, cum ne stellæ puræ sint?

26. Iob vicissim ait: Num patrocinaris
infirmo? Atqui balenæ sub aquis metuunt eum.
Infernus coram eo opertus est. Suspendit ipse aequi-
lonem & terram in vacuo: aquas ligat in nubibus:
señum suum tegit velo nubium: terminum statuit
equis:

L I B. I O B

aquis: tonitru suo concutit columnas cæli: attollit
fluctus maris, serenitatem inducit. Quædam tantum
perstringo. Quis enim cunctam eius potentiam in-
telligat?

27. Deum testor, me dum spiro, nolle
vobiscum vana loqui. Quin perseverabo in iustitia
mea, nullius mihi conscius sceleris. Hostis autem
meus reperietur impius. Et quæ est spes hypocritæ
auari? nunquit Deus illum clamantem exaudiet?
Filij eius gladio cadent. egebunt posteri. Pecunias,
quas corrasit sortietur innocens. Domus ip-
sius instar araneæ erit: in morte nihil feret secum:
terror instar diluuij, tempestatis, & procellæ ob-
ruet eum.

28. Argentum, aurum, æs & ferrum è
suis eruntur fodinis. Erumpit alibi torrens, &
rursum euanescit: Sub terra frugiferi latent igni-
feri silices. Sunt loca, quibus Sapphiri reperiun-
tur, cunctis animantibus inaccessa. Homo arte sua
per petras ad aquarum scaturigines penetrat,
multaq; profert abscondita. Sapiencia Dei verò
neq; è terra neque ex mari eruitur, nec auri vel
gemmarum permutatione comparatur. Solus Deus
novit illam, intuens orbis terminos, ponens metas
vento, aquis, pluriæ & fulgerris. Timor Dei vera
sapiencia est.

29. O si essem, vt olim. Cùm Deus lu-
mine suo fulgeret mihi: Cùm ad conspectum me-
um se subducerent iuniores, senes assurgerent, &
me

LIBER IOB.

me loquente silerent: cum miseri, quos subleuabam, mihi benedicerent: cum redimimus iustitia pauperes à sceleratis eriperem. Omnia ium ex voto succedebant. Loquente me tacebant reliqui, inhiantes & acquiescentes verbis meis. Familiarium etiam conversantem nihilominus reverebantur.

30- Nunc autem iuuenes ex infimæ fecis parentibus orti me pro fabula habent, & impunè affligunt. Terror & nubes valida turbavit res omnes meas. Dolor ossa penetrat. In lutum conculcor, similis pulveri & cineri. Si clamo, non respondes. Potentiæ tuæ robur vibras in me, donec morti me tradas. Condolebam olim afflictis, & hinc lucem speravi, & ecce tenebræ. Tota cutis mea emarcuit. Vox in rugitum, Cythara in fletum mihi versa est.

31 Ab illicito virginum aspectu contemni me. Sed quæ merces mea? Impios hæc pati oportuit. Num à via iustitiæ deflexi? vxores alienas appetij? ius seruorum contemsi? Num pauperibus potum, cibum, aut vestes negavi? Num spem in auro posui? aut exultavi rebus prosperis? num ob inimici infortunium gavisus sum? Num inhospitalis fui erga peregrinos, aut $\pi\sigma\sigma\omega\pi\omicron\lambda\acute{\iota}\pi\tau\eta\varsigma$ in iudicio? Utinam scribatur causa mea: non dubitem Deo excutiendam proponere. Si subditos grauavi, nascantur mihi spine & tribuli.

32. Elihu præfatus, quod senioribus hucusq; loquentibus auscultarit, tandem sic ait:

Depre

LIBER IOB.

Deprehendo sapientiam non etate metendam.
Speravi vos os obturatos Iobi. Sed quia heretis, meam ego proferam sapientiam: cuius sententijs ita plenus sum, ut intra me continere illas non possim.

33 Attente Iob: Spiritus Dei fecit me, non minus, quam te. Responde igitur. Dixisti, te preter culpam à Deo tractari hostiliter. An non impius es, qui ausis Deum iustissimam iniustitia arguere? Soler ipse somnijs detertere à peccatis. Morbo item, quo sinit hominem penè confici. Resipiscentem autem denuò instaurat, ut fateri debinc oporteat, eum morbum salutarem fuisse. Sic ab interitu revocat hominem, & luce viventium illuminat. Si hac refutare potes, responde. Sin minus, amplius attende.

34. Audite vos sapientes: conferamus sententias. Dixit Iob, se licee innoxium puniri. Quis est, ut Iob, contemptor Dei? inambulans vijs impiorum? Absit hoc à Deo: qui ius non inflectit. Nonne posset, animabus ad se collectis, carnes hominum in cineres redigere? An iniustus est, quod odit superbiam tuam? Absurdum est maledicere Principibus: | absurdus, Deo: qui non prafert potentem pauperi. Quin conterit potentes impios, contra quos clamant oppressi pauperes. Nonnumquam autem hypocritam regnare sinit ob peccata populi. At tu, ô Deus, perge Iobem affligere, ob blasphemias eius.

LIBER IOB.

35. Rectène dicis, te Deo iustiorems? Num vel peccatistuis Deo incommodare, vel integritate prodesse potes? Homini sanè prodesse vel obesse possis: qui clamat pressus à potentibus Dei contemptoribus. Quando & ipsi clamauerint, non audientur. Dixisti, non videbo Deum. Atqui erit iudicium, in quo illum videas, quantumuis pœna differatur. Vana igitur loqueris.

36. Sed pergam tibi demonstrare Dei innocentiam. Is non protegit impium. Inuat autem miseros innoxios: Confirmat reges. Captiuos admonet, vt conuersi viuant feliciter: non conuersi, moriantur. Afflictos eripit. Te quoq; liberabit respiscentem. Sed hæcenus vel ob iram, vel munera flexisti iudicium. Putasti te immunem fore ob potentiam tuam? Fuge post hac iniquitatem. Potens enim est Deus, sapiens, & aternus qui nubes guttatim destillare facit: tempestatibus terret: per easdem bona confert: fulgura emittit, ac retrahit.

37. Aduertite vocem tonantis Dei. Fulgetro suo perlustrat orbem. Subsequitur tonitru maiestatis ipsius. Precipit niui & pluuia: homines in manu sua tenet: Creat tempestates, serenitatem, glaciem, & resolutâ eâ inundationem. Discutit nubes & nebulas. Hac tu perpende. Num enim te hac pridem scire autumas? An nubes extendisti eam Deo? qui solus nunc tenebras, nunc serenitatem inducit: in comprehensibilis scilicet, ac terribilis.

38. Re-

L I B E R I O R.

38. Respondet Dominus: Quis ille imperitus disputator? Responde. Vbi eras, cum terram fundarem? Cum iubilarent scij Dei? quis conclusit mare repagulis? An aurora imperas? aut terra ut excutiat impios? Num indagasti maris abyssos? tenebrarum portas? latitudinem terra? lucis terminos? diem ortus tui & annorum numerum? Tenes ortum nivis? grandinis? lucis? venti? imbris? tonitru? fulguris? pluviae? roris? glaciei? pruinae? Pleiadum? Orionis? Luciferi? Arcturi? Scis emittere tonitrua & fulgetra? dare sapientiam? & obturare nubes?

39. Tu ne pascis leones, aut coruos, cum clamant ad Deum? Nosti tempora partus, damarum & cervarum? quis feras solvit, ut libere vagentur? An iugo tuo subiges monocerotem? Alis ciconiae pulchriores sunt penna stolidi Struthiocameli negligentis ova & pullos suos. Ecquid terrere poteris equum generosum, superbientem robore, & vel armatis occurrere gestientem? Tu ne nutu volat accipiter & aquila? Qui Deo litem intendit, cur non probat causam suam? Fatetur Iob, se impie locutum, post haec fore cautiorem.

40. Rursum dixit Dominus: Tu iudicia mea damnabis? Num mihi tonanti similis es? Dispergeisi, potes, superbos. Behemothum quem feci, considera, molem corporis & membrorum eius vide. Dum bibit, videtur Iordanem exhausturus. Nihilominus capitur & circumducitur.


41. Ca

LIBER IOB.

41. Capietne Leviathan. hamo? num
supplex tibi fiet? aut ludes cum eo, vel in fiscella
captiuum tenebis? Si tentes, funesta pugna tibi
parata est. Quis pellem ei detrahet? vel manum
ori inseret? Squama eius, vt scutum: oculi, vt au-
rorae: nasus, vt olla feraens: os flammam eiciens:
compages membrorum firmissima. Gladium, ha-
stam, ferrum & as ridet. Motu suo turbat &
feruere facit mare. Nihil vsquam robore ei equa-
bitur.

42. Iob agnoscit Dei potentiam & sa-
pientiam & se stolidè locutum fatetur. Sententi-
am amicorum Iobis improbat Dominus: oblati
holocaustis (orante pro illis Iobe) placatur eis. A-
uersa captiuitate Iobis, dat ei duplo plura priori-
bus. Propinqui ipsius gratulantur illi, & munera
ferunt. Septem acquirit filios, & tres filias
speciosissimas: viuensq; post haec 140
annos, satur dierum
moritur.

F N I S.




Je" 3004


ULB Halle

3

002 678 896







EPI TOME BIBLICA,
VEL SVMMARIVM.
C O M P R E
H E N D E N S SVMMAS
BREVES ET ARGVMENTA
capitum totius sacrae historiae veteris
Testamenti Canonicae, in eum finem
tendens & spectans, vt huius Enchiridij
beneficio partem istam S. Bibliorum hi-
storiam velut in Synopsi ob oculos
positam habere, & summa-
tim recolare subin-
de liceat.

Ed 524

A V T O R E
Ægidio Hunnio, sa-
CRÆ THEOLOGIAE DO-
ctore & Professore in Academia
VVirebergenfi.

15  9 4.

Cum Priuilegio Electorali.
VVITEBERGAE
Excudebat Vidua Matthæi VVelaci.